¶ Geminus pũctus/est quo vtimur: vbi clausula maiorẽ quandã quietem habet: ꝛ tñ sensum imperfectũ vt mors/vltimus vite terminus.

¶ Comma est pũctus planus: in superiore parte linee positus/. vel inferiori cũ virgula superius eleuata: vbi clausula videtur esse completa: ꝛ tamen est imꝑfecta: vt mors vltimus vite terminus: terribilis est his.

¶ Colon/est pũctus planus in inferiore parte linee positus quo vtimur vbi sensus est perfectus: a toto tamen corpore abruptus vt mors/vltimus vite terminus: terribilis est his. quorum cum vita omnia extinguntur.

¶ Periodus est pũctus planus q̃ ponit̃ in fine clausule: q̃n non modo ꝑfectus sensus: sed ipse sermo vt qd̃ sequit̃ quasi de nouo inchoari videat̃/ꝛ ponit̃ in inferiori parte linee: virgula curua inferius circũflexa hoc modo: vt mors/vltimus vite terminus. terribilis est his/quoꝝ cũ vita oia extinguunt̃: nõ his quoꝝ laus emori nõ potest.

¶ Interrogatiuus pũctus est q̃ interrogationẽ significat. ꝛ ponit̃ in sup̃iori parte linee cũ virgula eleuata: vt hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?

¶ Exclamatiuus siue admiratiuus: est q̃ admirationẽ cũ exclamatione significat ꝛ ponitur in superiori parte siue cum virgula eleuata sic proh deũ fidem? quid est cõtumelia: si hec non est. adeon quenqꝫ infelicẽ vt ego sum.

¶ Semipũctus/siue cõnectiuus: est virgula q̃ in fine linee ponit̃ cũ dictio imꝑfecta est cuius pars in sequentem lineam transit/ꝛ sic depingitur/

¶ Parenthesis est interpositio/siue inclusio vnius clausule intra aliã qua e medio remota: sensus tamen ꝑstat integer ꝛ perfectus/ꝛ duabus virgulis conuexis (quasi semi circulis) concludi solet hoc modo. Eneas (neqꝫ enim patrius consistere mentẽ passus amor) rapidum ad naues premittit achatem.

¶ De metris.

Est iunctura pedum numero finita modoq;
Metrum vel carmen sicuti finit diomedes

¶ Metrũ siue carmen (vt diomedes diffinit) est pedũ iunctura numero modoq; finita. Uel metrũ est compositio pedũ ordine statuto decurrẽs modos/positiones/sublationesq; cõseruãs: differt metrũ a rythmo (vt idẽ asserit) q̃d metrũ certa qualitate ac numero sillabarũ tẽporũq; finit: certisq; pedibus ↄsistit ac claudit. Rythmus aũt tẽporũ ac sillabarũ pedũq; cõgruentia in infinitũ multiplicat ac ↄfluit.

¶ De metri accidentibus.

Ista decem spectant ad metrũ pes/locus/ordo.
Cesura ac mensura et depositura figura
Appellatio vel nomen/species genus adde

¶ Metro accidunt decẽ. pes/locus/ordo/censura/mensura/depositio nomen/siue appellatio figura genus ⁊ species.

¶ Diffinitio pedis.

Pes metri est in quo vel sillaba bina reposca
Uel plures: spacio certo comprenditur apte

¶ Pes eiusdẽ testimonio est ↄprehẽsio duarũ plurimue sillabarũ certo spacio ↄp̃hensa.

¶ Pedum numerus.

Uiginti octo pedes metri sunt teste perotto
Pyrrhichius spondeus vel iambus sicq; trocheus
Dactilus et tribrachus anapestus iunge molossum
Amphimacrus sic amphibracus vel bacchius anti
Bacchius ⁊ dispondeus proceleumaticusq;
Sic antipastusq; diambus vel coriambus
Diq; trocheus ionicus minor ⁊ maior ionicus pes
Iis peon primus iungatur sicq; secundus
Et ternus quartus totidem iunges epitritos

¶ Pedes metri (autore perotto) sunt octo ⁊ vigiti nũero videlꝫ pyrrhichius/spõdeus/iãbus/trocheus/Tribrachus/molossus/anapest⁹/dactil⁹/amphibrachus/amphimacrus/bacchius/antibacchius/proceleumaticus/dispõdeus/diiãbus/ditrocheus/antipastus/coriãbus/ionicus maior/ionicus minor/epytritus p̃mus/epytritus scd̃s/epytritus tertius/epytritus quartus/peon p̃mus: peon scd̃s/peon tertius/peon quartus.

¶ Pedum diuisio.

¶ Pedũ aliq̃ simplices dicunt aliq̃ duplices aliq̃ heteroplici simplices pedes sunt illi: q̃ sine alterius admixtione in versu gradiunt simpliciũ aliq̃ bissillabi aliq̃ trissillabi.

¶ Siplices pedes bissillabi sunt quattuor

pyrrhichius spondeus iābus trocheus.

Pyrrhichiū ex breuibus faciet bissillaba binis
Spondeū ex binis faciet bissillaba longis
Sillaba longa breui subiecta vocatur iambus
Ex longa atq3 breui pes dicitur esse trocheus

¶ Pyrrhichius q̄ ⁊ periambus dibrachus bibreuis vł egeon grece dr cōstat ex duabus breuibus tēpoꝝ duoꝝ vt deus ante em̄ breuis quā lōga sillaba repta est vt prius vnū quā duo. Ideo aūt pyrrhichius dictus est ꝑpter pyrrhichiā qr breuē sillabā ꝓferētes spm̄ arctiorē labiis cōcurrentibus explicamus:q̄ cōpositio hmōi modulatiōis pyrrhichie cōuenit:vel a pyrrho achillis filio/ q̄ crebris ⁊ citis modulationibus bis breuiter ꝓminentē clipeū genibus incūbēs ⁊ p hūc terrorē hostibus imittens inferebaꝶ. Cū ergo gradus vult breuiter accedētis ostētare mobilē decursionē pyrrhichio pede cōmēmis est. Et ideo metrū pyrrhichiū a pyrrho reptū ⁊ illustratū cognoiauit:sed ipe pedū mobilitate qđ tripudiās ⁊ cinesias etiā cognoiatus/vł qr pmus victoria potitus/eo genere metri laudatus est Uel a gradino bellone filio:q̄ cū p mōtes ⁊ difficilia colliū:cōcitato cursu capre more viatores superaret:quotiēs ꝓdatoria vice crassereꝶ:huic pedi qđ calore velocitatis tripudio mobilitatis apices flāmarū emularentur.

¶ Spōdeus huic ꝯtrarius q̄ ꝯstat ex duab⁹ lōgis vt heros tēpoꝝ quattuor et hꝫ tres solutiōes soluiꝶ em̄ dactilū anapestū ⁊ ꝓceleumaticū. Dictus est aūt spondeus apo tis spōdis:hoc est a libatiōe vel sacrificio. Nā in tēplis spōdaica carmia cōponebāt ne libantes sonū abhominose vocis audirent vel ex duabus longis melodijs:q̄si duplicibus ⁊ iugibus vocibus ꝓspera deoꝝ volūtas firmareꝶ. Uñ ⁊ immapōpilius diuinare solitus/hunc pedē pontificiū appellauit:cūq3 solios minores equis gressibus circulantes induceret/spondaico melo:patrios placabat indigites.

¶ Iambus daunius vel gradiarius ꝟsu maledico habilis ꝯstat ex breui ⁊ lōga:tēpoꝝ triū:vt dies. dictus est aūt iambus para to iambizin hoc est a cōtumelia:qđ maledicti hoc gn̄e carminis vtebanꝶ. Uel a iamba puella q̄ turpiter hoc carmine lacerata:atq3 olim genere cōuicij effecta:laqueo vita sibi consciuit:vel a iāba niobes ancilla q̄ cererē dolore rapte ꝓserpinā cruciatā:apudq3 herā suā in attica hospitā:hoc carmine laudauit. Uel dr iābus quasi iambos a triūphatore libero:q̄ hoc carmine laudatus est. Uel para to ballin tonion. hoc est a telo iaculatiōe:vnde ⁊ marti dicatus est q̄ cū crebro pugnas iniret:telū cū clamore torq̄bat:vnde ⁊ breui ⁊ longa sillaba cōstat. Nā hi q̄ iaculanꝶ. breui accessu/in extensū passum ꝓferunꝶ vt fortiori nixu telū cōfirment. Unde ⁊ prisci apuli hūc pedē dauniū a duce daunio appellarūt. Qđ is primus aduersus diomedē bellū gerens:gladiali pugna duos dimicare instituit vt collato pede:assequēte paulatim dextro/distentoq3 ⁊ ꝓgrediente sinistro:breui successu:⁊ lōgo distentu/gradus simul ⁊ visus firmareꝶ hācq3 gradiariā pugnā appellauit gradino marti dicatā.

¶ Trocheus rutilus vel chorus. Cōstat ex longa ⁊ breui tempoꝝ triū vt Rhoma. dictus est aūt trocheus apo to. trochu hoc est a ratiōe:nā eius modulatio metroꝝ cōpositioni apta est q̄ rotatim et volubiliter incedunt. Uel qđ scđm musicos ociori melo:ex rote situ et volubili modo:rhytmis aptus sit. Uel para to trochem hoc est discursu p metaphorā decurrentiū supne lapidū:q̄ currere ambulātes cogebant. Uel qđ currentes:saltātesq3 circa aras in sacrificijs deoꝝ:hoc carmine vtebanꝶ. Uel qr decursionibus aptus sit. Nā q̄ in bello laborant quotiens amissos ordines reparāt ⁊ ex longo ⁊ dispso ambitu:in breuē ⁊ arctū orbē cogunꝶ vñ Aurūci hūc pedē rutiliū appellauerūt qđ cū aciē constituerent. ⁊ ꝓlatis pedibus vestigia sisterent:ac scuta brachijs ꝓtenderent:breuiterq3 dextris succedētibus pedibus vestigia sisterent: reductis manibus ingenti clamore:q̄ vibrauerāt tela iaciebāt. Quidā aūt hūc pedē mercurio dicatū volūt qui precipiti festinatione:⁊ impetu longo in breuē gressum finire videtur.

¶ Simplices pedes trissillabi octo.

Ex ternis longis debet constare molossus
Ex breuibus ternis tribrachus pes dicitur esse
Binis de breuibus constat longaq; anapestus
Dactilus ex longa constat breuibusq; duabus

¶ Tribrachus. tribreuis. bracchisillabus. pigmõ vel choreus ꝯstat ex trib⁹ breuibus a q̄bus nomē accepit: tēpoꝝ triū vt helena. dictus est choreis eius cōpositio cōuenit.

¶ Molossus vertūnus: extensipes: hilpius vel canius constat ex tribus longis temporum sex vt eneas dictus est autem molossus quia molossi ad bellū procedentes huius moderata compositione vtebantur. Uel quia hoc pede constabant ode que in templo iouis canebātur in memoriam molossi filij pyrrhi ⁊ andromedes a quo festa molossa dicta sunt. dictus est quoq; hyppius apo tu ipu. hoc est ab equis quia equestri pede conueniens apta compositione modulabatur.

¶ Anapestus. vel antidactilus cōstat ex duabus breuibus ⁊ longa tempoꝝ quattuor vt nebule. dictus autem anapestus recurrendo repercutiens dactylū sono reciproco obliquitur per antistrophen.

¶ Dactilus vel politicus constat ex longa ⁊ duabus breuibus temporum quattuor vt romulus. dictus est autem dactilus apo tu dactilu translatione iuncturarū que in digito sunt. Nam quemadmodum in digito longiorem primum articulum sequentes vero breuiores carminis. Ita dactilus primam productā habet: sequentes vero breues vel a tractu digitoꝝ qui ad exprimendam organi modulationem affectatur. Uel a dactilis ideis. qui ex opis rhee in ideo monte crete: manuū impressione nati: iouem custodiendo: ne vagitu se paruulus proderet: lusus excogitato genere clipeolis eneis inter se concurrebant et tinnitu eris rythmica metra dactili pedis compositione personantis: infantis vocem celauere.

Amphimacrus binis longis mediaq; breui fit
Amphibrachus breuibus binis longa ⁊ media fit
Bacchius ex prima curta est longisq; duabus
Antibacchius est binis longis quoq; curta.

¶ Amphibrachus genus amphibreuis: vel scolius constat ex breui et longa et breui: temporū quattuor vt carina. dictus est ab amphi et brachos: id est duabus breuibus quibus ab vtraq; parte longa complectitur. dictus est quoq; scolius quod scolio: cythare speciei accommodatus est.

¶ Amphimachrus: mensalis: fescenninus/vel creticus cōstat ex lōga ⁊ breui et longa tempoꝝ q̄nq; vt littere. dictus aūt amphimacrus: qđ breuis sillaba intra duas lōgas cōplectit̄. dictus est etiā creticus: q: cretes saltātes eius rythmica ꝯpositiōe vtebant̄.

¶ Bacchius: oenotrius tripodius: saltās vel periambus ꝯstat ex breui ⁊ duabus lōgis tempoꝝ quinq; vt athene. dictus aūt bacchius apo tis bacchis: quia a bacchantibus conuenienter componebatur vel quia ditirambicorum carmen: qđ in honorē dionisij: qui bacchus dicitur fieri solebat: magna ex parte hmōi pedibus constabat.

¶ Palymbachius/latius/saturnus/antibacchius/proponticus/vel theselcus. cōstat ex duabus longis ⁊ breui: tempoꝝ quinq;: dictus autem palymbacchius para/to pa lincebachion quia illi contrarius sit.

¶ Duplices pedes sedecim.

¶ Duplices pedes sunt illi qui ex dissillaboꝝ cōbinatione conficiuntur.

Pes proceleumaticus de binis pyrrhichijs fit
Est dispondeus de spondeis quoq; binis.

Ex binis iambis pes dicitur esse diambus
Dicqꝫ trocheus fertur de binis esse trocheis
Est antipastus factus iambo atqꝫ trocheo
Deqꝫ trocheo ⁊ iambo conficitur coriambus
Fit ionicus maior spondeo pyrrhichioqꝫ
Pyrrhichio sic spondeo minor et ionicus fit
Iambo ⁊ spondeo primū facies epitritum
Inde trocheus spondeus epitritū dantqꝫ secundū
Spondeo ⁊ iambo sed tertius esto epitritus
Spondeus atqꝫ trocheus quartū faciunt epitritū
Peon fit primus trocheo pyrrhichioqꝫ
Ex iambo cū pyrrhichio peonqꝫ secundus
Tertius ⁊ peon fit pyrrhichio atqꝫ trocheo
Pyrrhichio ⁊ iambo fiet peon quoqꝫ quartus

¶ Proceleumaticus cōstat ex duobus pyrrhichiis. hoc est quattuor sillabis breuibus tempoꝝ quattuor vt abiete dictus aūt ꝓceleumaticus para to ꝓcelem. hoc est ab hortatione ⁊ iussu nautico adquem ob celeritatē aptissimus videtur.

¶ Dispondeus constat ex duobus spondeis: hoc est ex quattuor sillabis longis: temporꝝ octo: vt oratores dictus a dis quod est duo ⁊ spondeus.

¶ Diambus constat ex duobus iambis. hoc est ex breui ⁊ longa ⁊ breui ⁊ longa temporꝝ sex. dictus diambus qꝺ duplici iambo constat vt ꝓpinquitas.

¶ Ditrocheus/dichoreus/catatrocheus. ꝯstat ex duobꝰ trocheis/hoc ē ex lōga ⁊ breui lōga ⁊ breui tēpoꝝ sex vt cātilena. dictus ditrocheus qꝺ duplici trocheo cōstat.

¶ Antispastus constat ex iambo ⁊ trocheo hoc est ex breui et duabus longis et breui tempoꝝ sex vt alexander. dictus autem antispastus para to procelein quia iambus ⁊ trocheus ex quibus componuntur sunt contrarij.

¶ Coriambus cōstat ex trocheo ⁊ iambo: hoc est ex longa: duabus breuibus ⁊ longa tempoꝝ sex: vt nobilitas. dictus coriambus quod choro (id est trocheo) ⁊ iambo cōponitur: vel quod in choris: apud veteres celebratissimus fuerit.

¶ Ionicus a minore constat a pyrrhichio et spondeo: hoc est ex duabus breuibus: et duabus longis: tempoꝝ sex vt diomedes. dictus ionicus: qꝺ ab ionibus inuentum est vel quod apud illos in vsu frequenti fuit.

¶ Ionicus a maiore constat ex spondeo ⁊ pyrrhichio: hoc est ex duabus longis/⁊ duabus breuibus temporum sex vt demetrius.

¶ Epitritus vel hippius primus constat ex iambo ⁊ spondeo: hoc est ex breui ⁊ tribus longis: tempoꝝ septem vt Cupenates dictus epitritus quoniā hic pes ex spondeo cōstat qui quattuor habet tempora ⁊ iambo vel trocheo qui habent tm̄ tria. Quaternarius vero numerus ad ternariū relatus sesquitertiā ꝓportionē facit: que grece epitritos nominatur. ¶ Epitritus vel hippius scd̄s cōstat ex trocheo ⁊ ~~iambo~~ hoc est ex longa breui ⁊ duabus longis temporum septem vt conditores.

¶ Epitritus vel hippius tertius Constat ex spondeo ⁊ iambo hoc est ex duabus longis breui ⁊ longa temporum septem vt discordie.

¶ Epitritus vel hippius quartus constat ex spondeo ⁊ trocheo. hoc est ex tribus longis ⁊ breui temporum septem vt constantinus.

¶ Peon primus constat ex trocheo ⁊ pyrrhichio: hoc est ex longa ⁊ tribus breuibus: temporum quinqꝫ vt Stesichorus: dictus autem peon ab inuentoris nomine.

Uel qđ hoc metro appollinis laudes canebant: quas penas vocant.
¶ Peon scđs cõstat ex iambo & pyrrhichio: hoc est ex breui longa & duabus breuibus temporum quinq; vt Colonia.
¶ Peon tertius cõstat ex pyrrhichio & trocheo. hoc est ex duabus breuibus longa et breui temporum quinq; vt referamus.
Peõ qrt⁹ ɔstat ex pyrrhichio: & iãbo/hoc ẽ ex trib⁹ breuib⁹ & lõga tþoꝝ qnq; vt celeritas
¶ heteroplici pedes sũt illi q ex varioꝝ pedũ cõbinatiõe cõficiunt & diuidunt in pentasillabos & hexasillabos. Pentasillabi vt scribit diomedes sunt duo & triginta. hexasillaba vero sexagintaquattuor sed qꝛ in vsu frequenti nõ sunt. & in supiores resoluunt de his meminisse hic non decreuimus: igit q eos noscere cupit diomedẽ cõsulat.

¶ Cesura.

Est finis vocũ in versu cesura decorus
Cuius sex species pentimemeris catatriton
His heptimemerim iungas tetrapodiamq;
Bucolicen: sic spondeon catalecticon addas.

¶ Cesura metri est sectio et decora vocũ terminatio in versuũ medio vel post mediũ notata. Cesura siue sectio metrian sex species est diuisa in pentimemerim: catatriton: heptimemerim: tetrapodiam/catalecticon/spondeon/& bucolicen.

¶ Pentimemeris.

Quando pedes binos/partem cõplens rationis
Sillaba subsequitur: pentimemeris vocitatur

¶ Pentimemeris vel semiquinaria est/cũ post duos pedes sequit sillaba partẽ orationis cõplens. vt arma vi/rũq; ca/no/habet ex quinq; dimidium.

¶ Catatriton.

Tertia fit trochica aut catatriton qñ trocheus
In pede fit terno/partem claudens rationis

¶ Catatriton vel tertia trochica est: quũ finita pars orationis tertiũ trocheũ ponis. vt Nil no/stri; mise/rere.

¶ heptimemeris.

Est heptimemeris comitatur sillaba abundans
Quando pedes ternos/partem claudens rationis

¶ heptimemeris vel semiseptenaria est: quũ post tres pedes & vnã sillabã pars orõnis expletur. vt Itali/am fa/to. pfu/gus.

¶ Tetrapodia.

Quando pedes sequitur post ternos forte trocheus.
Dic tetrapodiam: partem complens rationis

¶ Tetrapodia vel quarta trochaica est: quũ post tres pedes et vnã sillabã pars orationis finiens/vt Sepe sinistra caua predixit: ab ilice cornix.

¶ Catalecticon.

Spondeon catalecticon est: partem rationis
Explens: quando pedes post tres spondeus comitat.

¶ Catalecticon spondeon vel quarta spondaica est cũ post tres pedes inueniť spondeus partem finiens rationis. vt alba/ in qꝫ pa/tres at/que alte.

¶ Bucolice.

Quando pedem quartũ comitať sillaba abundans
Que complet partem rationis: vel pede quarto
Dactilus est positus tu hanc bucolicen vocitabis

¶ Bucolice est: quũ post quattuor pedes sillaba superat in partẽ oronis desinens: vt Non om/nes ar/busta iu/uant humi/les. vel cũ in quarto pede dactilũ ponimus partem oronis finientẽ, vt Nos patri/e fi/nes ꝛ/dulcia.

¶ Locus.

In versu primus ternus quintus locus impar
Fertur: par quartus sextus locus atqꝫ secundus

¶ Loca in versu alia paria: alia vero imparia dicunť. Imparia loca sunt primus tertius ꝛ quintus. Paria aũt sunt secundus quartus ꝛ sextus. ꝛ sic deinceps.

¶ Ordo.

Est ordo membra cuiusuis dispositura
Quattuor has cuius species dicas: monocolon atqꝫ
Distrophon ꝛ dicolon: dicolon tetrastrophon addas
Quartam dic speciem tricolon tetrastrophon esse

¶ Ordo est membri cuiusqꝫ dispositio in versu. cuius species sunt quattuor. Nã carminũ aliud est monocolon. aliud dicolon distrophon. aliud dicolon tetrastrophon. aliud tricolon tetrastrophon.

¶ Monocolon Carmen.

Unius generis carmen dicas monocolon esse

¶ Monocolon carmẽ est illud: quod vbiqꝫ est vniforme vt prima ode flacci/ que asclepiadeo carmine est composita vt.

Aeneas atanis edite regibus
Distrophon ꝛ dicolon carmen generum esto duoꝝ
Quando post versum est replicatio queqꝫ secundũ

¶ Dicolon distrophon est illud carmen: quod duobus generibus versuũ cõstet a secundo facta replicatione. quale est illud horatianum.

Laudabunt alii clarã rhodon aut mitylenẽ
Aut ephesum bimarisue corinthi
Menia: vel baccho thebas: apolline dephos
Insignes: aut thessala tempe.

¶ Quod carmen constat primo heroico/ secundo falisco/ tertio iterũ heroico.

Binorum generũ dicolon tetrastrophon esto
Quando post quartũ queqꝫ est replicatio versum.

¶ Dicolon tetrastrophon Carmen est illud/qđ duobus generibus versuum constet) post quartũ quẽq; versũ facta replicatione: quale est illud horatianũ.

Jam satis terris niuis atq; dire
Grandinis misit pater & rubente
Dextra sacras iaculatus arces.
Terruit vrbem.

¶ Qđ metrũ constat tribus primis sapphicis endecasillabis et quarto adonio dimetro ab eo facta replicatione iterum ad sapphicum.

Ternorũ generum tricolon tetrastrophon esto
Quando post ternum quẽq; est replicatio versum.

¶ Tricolon tetrastrophon est illud: qđ tribus generibus versuũ constet: qñ post quartum quẽq; versum facta est replicatio. quale est illud horatianũ.

Quis multa gratilis te puer in rosa
Perfusis liquidis vrget odoribus
Grato pyrrha sub antro
Cui flauam religas comam

¶ Qđ metrũ cõstat duobus pmis asclepiadeis: tertio pheretratio: & quarto glyconio: ab eo facta replicatione. Iterum ad asclepiadeos.

¶ Mensura.

Conueniens metri mensura pedum numerus sit
Certis preceptis quem constituere poete

¶ Mensura metri est debitus pedũ numerus: scđm poetice regulas ordinatus.

Mensure species monometrum dic dimetrumq;
Tetrametrũ/trimetrũ/sic pẽthametrũ hexametrũq;

¶ Mensura metri in sex partes est diuisa. Nam carminũ aliud est monometrũ. aliud dimetrũ/aliud trimetrũ/aliud tetrametrũ/aliud penthametrũ/aliud hexametrũ.

Uno quod constat pede carmen dic monometrũ
Quod binis constat pedibus carmen dimetrũ sit
Quod tribus ex pedibus constat carmẽ trimetrũ dic
Quattuor ex pedibus quod constat tetrametrum sit
Pentametrũ est carmen qđ quinq; pedes tenet in se
Hexametrũ carmen dic quod senis pedibus fit.

¶ Monometrũ Carmen est illud quod vnico pede constat vt illud ionicum a minore diomedes.

¶ Dimetrum carmen est illud: quod duobus pedibus cõstat vt illud ionicũ a minore Sapientes amor odit.

¶ Trimetrũ carmen est illud: quod tribus pedibus constat vt illud dactilicum simonidium Indue pallia serica.

¶ Tetrametrũ carmen/est illud: quod quattuor pedibus cõstat vt illud dactilicũ Alcmaniũ/vir decens cumulans reliquas tibi.

¶ Penthametrũ carmen/est illud quod quinq; pedibus cõstat vt illud elegiacũ Ouidianũ. Res est sollicite plena timoris amor.

¶ Hexametrũ carmen est illud: qđ sex pedibus constat vt illud heroicũ virgilianũ. Nate mee vires mea magna potentia solus.

¶ Annotatio.

In metris iambis anapestis siue trocheis
Quod binis constat pedibus dic monometrũ
Quattuoꝛ ex pedibus cõstans dimetrũ quoq₃ fertur
Ex senis constans pedibus dicas trimetrumq₃
Tetrametrũ fertur pedibus quod conficis octo

¶ Illud tamen admonendũ est: qđ metra iãbica trochaica et anapestica duplicibus pedibus cõputant᷑ ascenduntq₃ vsq₃ ad tetrametrũ. Unde monometrũ iambicũ dicit᷑. quod duobus pedibus cõstat vt est illud iãbicũ. Immo aliud. Qđ quattuoꝛ pedibus cõstat dr̄ dimetrũ vt est illud iãbicũ dimetrũ flacci. Amice ꝓpugnacula. Trimetrum est illud: qđ sex cõstat pedibus. Quale est illud iãbicũ trimetrũ. Ibis liburnis inter alta nauiũ. Tetrametrũ dicitur illud qđ octo pedibus conficitur quo vtunt᷑ comici.

¶ Depositio.

Carminis est finis cuiusuis depositura
Quattuoꝛ he cuius species: catalecticon atq₃
Acatalecticon: hinc hyꝑ ⁊ bꝛacchicatalecticon addas

¶ Depositio metri/est vniuscuiusq₃ carminis desinentia: q̄ circa finē attendit᷑: depositio metri est quadꝛipartita. Nã carminũ aliud est Catalecticon: aliud acatalecticon: aliud hyꝑcatalecticon: aliud bꝛacchicatalecticon.

Sillaba cui desit carmen catalecticon esto
Acatalecticon est fine id quod clauditur apto
Sillaba cui super est sit hypercatalecticon illud
Cui desit pes/est bꝛacchicatalecticon illud

¶ Catalecticon carmen est illud: quod minus habet metrice cõstitutionis nã illi vna tantum sillaba deficit/quale est illud senarium iambicum trimetrum. Mea renidet in domo lacunam.
¶ Acatalecticon est illud: qđ apto ⁊ legitimo fine concludit᷑ integer singuloꝝ metrorũ existens. Quale est illud ꝑsianũ Nec fonte labꝛa ꝓlui caballino.
¶ Hypercatalecticon est illud qđ supꝛã versus finē: vnã vel duas plus sillabas habet Quale est illud hexametrũ dactilicon aut dulcis musti vulcano decoquit humoꝛem.
¶ Bꝛacchicatalecticon carmē est illud: cui vt ꝑfectũ sit deficit integer pes. Quale est illud Aristophaniũ dimetrũ/venit optima Calliope.

¶ Appellatio.

Ipsis vnde fuit metris ab oꝛigine pꝛima
Impositũ nomen: dicta appellatio metri

¶ Appellatio metri est qualitas vnde ipsis metris a pꝛima institutione nomen inditum fuit.

Metra acceperunt varie sua nomina pꝛimo
A diis (vt pythiũ) quibus hec sacrata fuerunt

Siue (vt pyndaricū) de autorum nomine crebro
Siue loco (velut attellanū) quo cauebantur
Siue a mensura: veluti dimetrū trimetrūq₃
Siue pedum structura vt dactilicū trochicūq₃
Nunc a fortuna inde elegiaca cōmica dicta
A numero interdū velut endecasillaba constant

¶ Appellatio metri in septez partes est diuisa nā metra aut dijs q̄bus sunt dedicata appellant vt pythiū. qd appollini pythio est consecratū. Aut ab inuentoribus ⁊ poetis frequēter vtentibus vt pyndaricum a pyndaro poeta sapphicū a sappho muliere lesbia simonidiū a simonide poeta.
Aut a locis vbi cani consueuerant: vt Attellana ab attelis oppido italie.
Aut a mensura: vt mononietrū dimetrum trimetrum.
Aut a pedum structura: vt dactilicum trochaicum.
Aut ab accidenti fortuna: vt elegiaca: ab amorum miseria.
Aut a sillabarum numero: vt endecasillaba.

¶ Figura.

Est excusatum vicium ratione figura
Ornatus causa: primo metri ve reperta

¶ Figura / vt inq̄t Sulpitius / est viciū ratione excusatū ⁊ ascribit eligantie. Ornatus metriue causa primo inuenta figurarū alie constructionis alie locutionis: alie dictionis: figure dictionis / nā alias hic pretereo / sunt q̄ sub metaplasmo continentur.
Metaplasmus / vt diffinit diomedes / est transpositio q̄dā recti solutiq₃ sermonis in alterā speciem: metri ⁊ decoris causa figurata. Huius species sunt he prothesis. Apheresis: Epenthesis. Sincopa. Paragoge. Apocopa. Ectasis. Diastole. Sineresis. Dieresis. Eclipsis. Antithesis. Methathesis. Synalepha.

Littera cū vocis capiti: vel sillaba detur
Prothesis est: tollens hec fertur apheresis esse

¶ Prothesis est appositio littere vel sillabe principio dictiōis littere vt in illo virgiliano. Turno gnatoq₃ patri. vbi gnato ꝓ nato posuit. Sillabe vt alibi apud eundē. Concitum tetuli gradum. vbi tetuli ꝓ tuli posuit. Huic contraria est. Apheresis q̄ est ablatio littere a principio dictionis littere: vt in illo Virgiliano. Vela dabat [illegible] spumas salis ere ruebant: vbi ruebant ꝓ eruebant posuit. Sillabe vt alibi apud eundē. Mortalia temnitis arma. vbi temnitis ꝓ contempnitis posuit.

Additur in medio vocis quomodo littera sine
Sillaba epenthesis est / his priuans sincopa fertur

¶ Epēthesis est additio littere vel sillabe in medio dictiōis littere vt apud Virgi. Relliquias dansū ꝓ reliquias posuit sillabe vt apud Horatiū. Fingere cinctutis ꝓ cinctis Hinc contraria est Sincopa q̄ est subtractio littere vel sillabe in medio dictionis / littere vt in illo Virgi. Audijt eurotas ꝓ audiuit Sillabe vt apud eundē. Vina bonus que deinde cadis onerarat acestes ꝓ onerauerat.

Littera cum fini vocis: vel sillaba detur
Est paragoge: demens hec apocopa fertur

¶ Paragoge q̄ a quibusdē ꝓparepsis dr. est appositio lr̄e vel sillabe in fine dictiōis lr̄e vt Sillabe vt apud Virg. Alacres admitier orant ꝓ admitti. Hinc contraria est apocopa q̄ est ablatio littere vel sillabe a fine dictionis. Littere vt in illo Virgil. Aut vari miles vlixi: ꝓ vlixis. Sillabe vt apud horatiū. ode scripta culpa deterrere ingeni: ꝓ ingeniū.

Sillaba que breuis est longā facit ectasis ipsam
Sistola productam contra facit abbreuiari

¶ Ectasis q̄ & diastole dr̄. est extēctio siue ꝓductio syllabe q̄ natura est breuis: vt in illo virgiliano. Italiā fato ꝓfugus. huic cōtraria est sistole q̄ syllabā natura lōgā breuiat: vt in illo virgiliano. Obstupui steterūtq̄ come. vbi penultimā in steterūt cōtra naturā corripuit/sed hm̄oi licentiam vitare tanq̄ a scopulo debemus.

Syllaba de binis conflata synerisis esse
Fertur: & in binas diuisa diresis vna

¶ Syneresis (que a quibusdam episynalepha dr̄) est cōflatio siue conglutinatio duarum syllabaꝝ in vnā: vt in illo virgiliano. Fixerat aeripidē ceruā scandendo ꝓferendum est eripidē. Symphonesis (que & sinerisis dici pōt) est cū due syllabe scādendo in vnā coeunt. Symphonesis in quinq̄ ptes est diuisa. Prima cū dictionē in vocalē vel in m finientem sequitur dictio a vocali incipiens. tūc em̄ illud m cū vocali p̄euncte abijcitur/vt superius est dictū. Scđa est/cū eadē dictione due syllabe longe ꝓ vna lōga ponuntur: vt in illo heroico. Unius obnoxam & furias aiacis oilei. oili ꝓnunciari debet. Tertia est. quū in eadē dictione due syllabe breues pro vna breui ponuntur: vt in illo heroico. Cornua velatarū obuertimus antēnarū. Quarta quū in eadē dictiōe lōga & breuis syllaba pro vna longa ponuntur: vt in illo heroico. Fixerat aeripidē ceruā pro eripidem ꝓnuncies. Quinta quū breuis & longa syllaba ꝓ lōga ponunt̄: vt in illo heroico. Atria dependent lichni laquearibus aureis. auris scādendo ꝓnūcies. huic cōtraria est dieresis/que est dissolutio vnius syllabe in duas: vt in illo Uirgiliano. Aulai in medio ꝓ aule. Idem in alibi. Uestis pictai pro picte.

¶ Annotatio.

I simul u cum consona sita: dieresis illa
Ambo in vocales aliquando soluere possit

¶ I et v qn̄ sita sunt vt cōsonantes/aliqn̄ in vocales solui possunt ꝑ dieresim: vt in illo Uirgiliano. Arma virū tabuleq̄ & troia gaza per vndas: vbi troia trisyllabū protulit. Similiter vt in illo Ouidiano. Te quoq̄ nūc soluo ꝑsoluenda mihi.

Subtrahit ecclipsis cum vocali preeunte
M: quando incipit a vocali dictio sectans

¶ Ecclipsis est elisio siue subtractio huius cōsonantis m cū precedente vocali. Et hoc quotiens dictio in m precedente vocali desinit & sequēs dictio a vocali incipit: vt in illo Uirgiliano. Littora multū ille & terris iactatus & alto. quod sic scandi debet. Littora mult ill et terris iactatus & alto.

Uocalem vocis de fine aufert synalepha
Quando a vocali comitans vox incipiatur

¶ Synalepha est ablatio & cōpressio vocalis a fine dictionis quotiens sequens dictio ab alia vocali incipit vt apud horatiū. Certat ter geminis tollere honoribus.

Cum post ponatur que anteiret littera: fertur
Esse metathesis: vt meleagre loco meleager

¶ Metathesis est transpositio littere ꝑpostera/cū littera q̄ preponi deberet postponitur: vt in illo Uirgiliano &c. At tibi tymbre caput euandrius abstulit ensis. Ouidius Agnoscens in me frater meleagre sororem.

Dicitur antithesis/quomodo littera ponitur vna
Pro altera: quem potest antistechon bene dici

¶ Anthithesis est positio vnius littere pro alia: que etiam anthisthecon dicitur: vt in illo Virgiliano. Olli pro illi: de ceteris memorabimus infra.

¶ De generibus metrorum inferius manifestabimus.

¶ Expositis iam sillabarum quantitatibus, necnon et earum accentibus ac punctuandi modo. que tam ad solutam quam pedestrem orationem pertinere videantur. Necnon metro et eius membris nunc ad diuersa metrorum et carminum genera iter est aggrediendum Et primo de illo carminis genere: quod vsitatius et frequentius grauius et prestantius inter cetera ducitur.

¶ Genus.

¶ Genus metri est terminus vniuocus multas sub se versuum varietates continens specie differentes: que inferius complectuntur.

¶ Carmen herouum hexametrum.

Herouum hexametrum carmen loco sex tenet in se.
Dactilus exposcit quintum: spondeus sibi sextum.
Hosque locis reliquis communes ponere possis.

¶ Heroicum carmen hexametrum dactilicum. dictum et olim pithium: sex loca siue sedes in se continet et duobus (vt Sulpitio placuit) legittime pedibus conficitur: dactilo et spondeo His duobus pedibus aliqui loci sunt propriati aut communes. Quintum vero locum dactilus: sextum spondeus sibi vendicat. Reliqui autem loci his pedibus sunt communes. Et sic scanditur siue modulatur. Carmen heroicum. Arma vi/rumque ca/no tro/ie qui/primus ab/ ous. heroicum dicitur quoniam poetarum princeps homerus ceterique deinceps secuti herouum (hoc est illustrium virorum) gesta hoc carminis genere scripserunt: dicitur etiam hexametrum quod sex locis siue sedibus constet. dicitur insuper dactilicum quod hoc precipue constet pede sicut a iambo iambicum. Et ante homeri etatem pithium dicebatur: quod appollinis pithij oracula hoc metro reddi consueuerant. Vel quod appollo cum pithona serpentem delphis propter vitionem matris necasset. accole primum in eius honorem hoc carmen contexuerunt. Exinde herouum laudibus describendis aptissimum. Quo genere carminis preter ceteros ornatius vsi sunt poete latini. Lucretius. Ennius. Virgilius. olim facile princeps. Naso. Horatius. Catullus. Propertius. Tibullus. Statius. Papinius. Iuuenalis. Ausonius. Marcialis. Silius italicus. Et hi ex gentibus omnes. Ex nostris vero christianis. Iuuencus. Arator. Prosper. Sedulius. Prudentius. Sidonius. Fortunatus. Archithrinus. Franciscus petrarcha. baptista/mantuanus et Remaclus florenas suscipit etiam hoc carmen alios pedes: sed rarius idque poetica licentia vt trocheum proceleumaticum/anapestum/iambum/Tribrachum. vt manifestant carmina sequentia.

¶ Carmen elegiacum penthametrum.

In se penthametrum carmen loca quinque tenebit
Dactilus et spondeus communes suntque duobus
Primis/semipedem debes quibus addere longum
Vt vult sulpitius penthimemerim vocitatum
Dactilicos binos poscunt duo posteriora
Semipede adiecto: qui iunctus superiori
Semipedi: quinto spondeum conficit apte.

¶ Carmen elegiacū penthametrū (autore diomede) est qđ hexametro versu penthametroqꝫ adinuicē positus cōficit: vt illud ouidianū: hanc tua penolope lento tibi mittit vlixes. Nil michi rescribas attamen ipse veni. Elegiacū (teste perrotto) hexametro ita connexū est: vt nunqꝫ sine eo positū reperiatur. vnde quidā vnū carmen illud esse voluerūt vndecim pedū. Elegia dicta siue a lugendis mortuis (defunctorū enim laudes hoc carmine describi cōsueuerant) siue elegia dicta ab eleos. grece hoc est miseratione. qđ tyrrheni grecique elegias illo carmine scriptitarūt: cui opinioni ꝯsentire videtur Horatius ad albiū tibullū elegiarū autorē scribens: q̃ ab ea (quā d. pinius) miseratione elegos miserabiles dicit hōc modo. Heu miserabiles decātes elegos. Idē in arte. Versibus impariter iunctis querimonia primū. Post etiā inclusa est voti sententia cōpos de inuentore huius carminis dubitat: vt idē asserit Horatius sic. Quis tn̄ exiguos elegos emiserit autor Grāmatici certant ꝛ adhuc sub iudice lis est. Hoc tn̄ carminis gn̄e scripserūt apud Romanos. Propertius/ Tibullus/ ꝛ Gallus imitati grecos Callimachum ꝛ euphorionē cōtinet autē hoc carmen quinqꝫ loca in se ꝛ duobus pedibus (vt sulpitio placuit) cōficit dactilo et spondeo recipit in primo ꝛ secūdo loco indifferenter spondeū vel dactilū deinde penthimemerim. hoc est sillabā superantē/ q̃ vel natura vel positiōe longa esse debet: deinde duos postremo sillabā superantē: longā vel breuē: q̃ cū semipede precedente pfectū pedē efficit. Et sic scandi debet. Nil michi rescri/bas. attamen/ipse ve/ni.

¶ Annotationes.

Carminis hexametri quinto quandoqꝫ poete
Spondeū ponūt: proceleumaticūqꝫ licenter
Et pro spondeo sexto dant sepe trocheum
Sed vetat heroo claudū miscere trocheum
Sulpitius/ cōmunis erit namqꝫ vltima semper
Sillaba: sic docet fabius: sic tullius inquit

¶ Illud non est pretereundū Spondeū quandoqꝫ in quinto loco pro dactilo a poetis licenter vsurpari vt apud Persium. Et costā longo subducimus appennino. Interdum etiā pceleumaticus in quinto p dactilo vsurpatur vt apud Virgiliū. Tuere pascentes a flumine reijce capellas. Aliquando in sexto (vt quibusdā placet) ponitur trocheus pro spondeo vt apud Virg. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Illud tn̄ vetat Sulpitius. Ultima enim sillaba semp est indifferens.

Ponitur interdū primis proceleumaticus pes
Et quāuis raro sibi vendicat hunc anapestus

¶ Proceleumaticus interdū in primo loco ponitur apud poetas vt apud Lucretium Tenui cauata oculi caua tempora frigida pellis. Quem locū vendicat licet raro anapestus vt apud Virg. Fluuiorū rex eridanus terrasqꝫ iacentes.

Carminis heroi terno quartoqꝫ licenter
Ponit iambum vel tribrachū q̃nqꝫ poeta

¶ Nonnunqꝫ in tertio ꝛ quarto loco iambū pedem et tribrachū (quāuis licentiose) admittit poeta vt in illo Eneidos nono. Terga fatigamus hasta nec tarda senectus. Idē in quarto pede. Ostendens artem pariter arcumqꝫ sonantem.

S cum preuincta vocali cedere fine
Debes: ꝛ sola a vocis sic fronte aliquando

¶ S littera finalis cū precedēte vocali aliqñ cedit in hexametro vt in illo Virg. Inter se coijsse viros et discernere ferro scandendo vires pnūcies p viros: ꝛ aliqñ etiam sola

ceditur: vt in illo Lucretiano. Arboribus veteres decidere falcibus ramos: scandendo pferendū est falciburamos. Cedit nonnunq̄ a principio dictionis. Cedit aliquā a principio dictionis: vt apud Tibullū. Opereat quicq̄ viridesq̄ smaragdes / scādendo pnuncies viridesq̄ maragdes sed hmōi iūcture cū rare fuit prorsus sunt vitande.

Carmen cum incipiat vel ab o vocali alia ve
Que per se vox est perfecta: et dictio sectans
Incipit a vocali fit subtraxio nulla.

¶ Quando carmen hexametrū aut aliud quoduis incipit ab o / vel alia vocali que per se perfectā vocē et partē orationis conficit vt sequens dictio a vocali incipit: tūc nulla erit subtraxio aut elisio. vt apud Tibullū. O ego ne posse tales sentire dolores. et apud Ouidiū. O vtinā tamen cū lacede. mona classe petebat.

U post l. q. g. si vocalis comitetur
Litterule perdit vim: testes lingua aqua suauis

¶ U post g. q. s. sequente vocali liquescit / vim lre amittens vt in lingua: aqua: suauis q̄ in scādendo bissillabe pferunt. Uirg. Munera sūt lauriq̄ et suaue rubēs hiacintus.

Iis in scandendis vocalem cede priorem
Dij dee dijs ijs sic ee pluralis et ijdem
Iisdem dehinc deinceps huic et cui deindeq̄ pinde
A desum ducta et vocali de comitante

¶ Subtrahitur prior vocaliū in scansione harū dictionū dij dee dijs ijs q̄ ee et ijdē plri ijsdem hinc dehinc deinceps cui deinde pinde: et deducta a desū quotiens post de immediate sequit vocalis. Uirgilius. dij deeq̄ oēs studiū quibus arua tueri. Idem alibi. ijdē venturos tollemus in astra nepotes. Idē bucolicis. Experiar tu deinde iubeto certer amyntas. Lucanus. Nō deest pirato ieiunus vēditor auri. Iuuenalis. Dehinc clamore pari cōcurrit et vice cessi. Horatius. Rede age q̄ deinceps risisti vididimus dū.

In fine hexametri superest cū sillaba abundans
Carmen hipermetrū est: que sillaba cesa sequenti
Cum versu semper scandendo adiungitur apte
Semper hypermetrum vocalis finiet aut m.

¶ Aliquā in fine carminis hexametri abundat sillaba: quod vbi fit Carmen dicitur hypermetrū. Et necesse carmen illud vel in vocali vel in. m. littera terminare: et sequens carmen a vocali incipere: et sillaba in fine abundans abscissa scādendo capiti sequentis carminis annecti debet vt in illo Uirgilij. Aut dulcis vulcano musti decoquit humorem. Et folijs vndam tepidi despuma aheni. Illa sillaba rem / in fine hexametri superans: cum principio sequentis carminis scandi debet. Aut dulcis vulcano musti decoquit humo Retfolijs vndam. et cetera.

¶ De varia hexametri cōpositione.

¶ In hexametro cōponendo sextuplex scdm quosdā est. varietas hexametrū eni dactilicū appellant: qd dactilo claudit: quale est illud pferimus manibus vitas et verba pcantia: qd et hypmetrū est. Sed aptius hoc exēplū. Sidera pallida destingūt fate territ a luminis. Spondaicū est illud: qd ex solis spōdeis cōstat vt Romani muris albani cinxerūt longā. Et dicunt equitēporanea: cū omes pedes vel dactilici vel spondaici sunt: sed spondaicū fugiendū est: quod tanq̄ soluta oratio incedit. Cōmune sine perio

dicũ quod alternis dactilis vel spõdeis cõstat: vt Italiã fato profugus lauinaq; venit. Sapphicũ qd inter duos spondeos/quattuor habet dactilos: vt inferretq; deos lacio genus vñ latinũ Antimachiũ: qd bis post duos dactilos habet spõdeũ vt ante fugã so boles si quis michi paruulus aula. Absolutũ: qd oẽs partes oratiõis habet vt est illud heu si tunc flentẽ rapuisset in ethera mauros. hec et alia carminũ diuersa genera tradunt aliqui sed cum superuacaneũ videtur omittimus.

¶ Hexametri carminis vicia.

¶ Vicia hexametri carminis cortiq; nosse opereprecium est iudicare. Ea sex putat Manlius Theodorus. Ego plura cõgessi. Acephalũ dr qd incipit a sillaba breui. vt fluuiorũ rex eridanus cãposq; p oẽs. Procephalũ qd in primo pede vltra quattuor tẽpora habet: vt Insule ionio in magno quas dira celeno. Lagarũ seu laxũ cui9 in medio vna aut plures syllabe claudicant. vt Cõgredior fer sacra pater ꝛ cõcipe fedus. Truncatum qd in penultima claudicat vt Mortẽ cõtennũt. Laudato vulnere gete hec et scazontes et ecades appellat diomedes cuius librũ tertiũ lege perdiligenter. Hypermetrum qd vna syllaba abundat: vt Iactemur doceas ignari hominũq; locorũq;. Grauidũ qd hz sillabã in medio superantẽ: aut qd synerisim patit: vt fixerit aeripidẽ ceruã licet aut erimanthi. Inane cuius sillaba in duas p dieresim scindit. vt Accipe pompei carmen deductũ ab illo. Ex vna em̃ sillaba due fiũt. Nã si longa corripit dr sistole. vt Obstupui steterũtq; come et vox faucibus hesit. Si breuis producit ectasis. Si due breues p vna longa vel due longe p vna ponant. Sinyphonesis est. hac greci frequẽter vtunt. Spondaicũ quod spõdeũ habet in quinto. vt cornua velatarũ obuertimus antennarũ. Colossum seu colobũ seu solutũ: quod prosa orone incedit: vt dono dicite doc q; volentibus cũ magnis diis. Asperũ qd horret iuncturis vt Nisee spioq; thaliaq; cymodoceq;. Nec vero est ignorãdũ quedã ex his vicia iã hexametri quã cuiusuis carminis esse posse. hypothymnũ in quo singuli pedes terminant dictionẽ: vt carmen doctũ femina simplex cõdere nescit. Cacophona que vocaliũ assiduitate squalent vt infernique lamus cercq; insula circes. Itẽ cũ ab eadẽ consonante singule dictiones incipiũt: vt O ti te tute tati tibi tãta tyranna tulisti. Equiuocũ cuius vltime sillbe sunt vt exiret mentes fraternas grata malis lis/diir et bicipitia si vltima verba simpliciter desinant. Item caudata cũ finis duor in consonãtes desinit dictiones. hemistichiũ qd inceptũ dũtaxat et semiplenũ est. qualia sunt apud maronẽ. vt huc cursus fuit hec sulpicius.

¶ De carminis heroici decore.

Carminis heroi si vis seruare decorum
Pes nunq̃ debet rationis claudere partem
Ni forte in primo: pentimemeri comitante:
Vel quarto: quintoue: offendit turpe secundo
Sed minus in terno: si illum monosyllaba claudat

¶ Heroici hexametri decor (vt ait Sulpicius) in apta pedum connexione ꝛ varietate seruabitur. Si pes nõ terminet partẽ orationis/nisi forte in primo loco: sequente pentimemeri: vt in illo Uirgiliano. Ast ego q̃ diuũ incedo regina iouisq;. Et soror ꝛ cõiunx Et nisi forte in quarto loco. vt Vela dabant leti et spumas salis/ere ruebant. Vel forte in quinto: vt musa michi causas memora quo numine leso. Illepidum est carmen prosa intercisaq; nimis oratione succusans: ꝛ maxime si secũdus pes partẽ oratiõis terminet vehementer offendit. vt impulit in latus: ꝛ venti velut agmine facto. Quod fiet minus indecore in tertio si monosillabã desinat et dictiões exigue sint. vt est illud horatij. Non vxor saluum te vult non filius omnes.

Herorum pulcrũ est vox quod trisyllaba finit
Illepidũ est penta/aut qđ vox tetrasyllaba claudit
Gratius incedit quod vox bisyllaba complet
Integra si fuerit vox quam ponis pede quinto
Distortum est carmen quod vox monosyllaba finit
Pulcrius at constat quod vox encletica claudit

¶ Decorũ est heroicũ qđ in trisyllabã desinit ꝛ fortius videt insurgere/quale est illud Virgilij. Urbs antiqua fuit tirij tenuere coloni Carthago. Illepidũ est carmen qđ in tetrasyllabã aut pentasyllabã desinit: vt est illud Virgilij. Nulla venus/nullicꝫ animũ flectere hymenei. Et illud Martialis. Omnis cesareo cedit labor amphiteatro: Gratius est illud carmen/qđ in bissyllabã desinit/maxime si pes quintus constet: vt est illud Virgilij. Musa michi causas memora quo numine leso. Distortũ est carmẽ qđ in monosyllabã desinit: vt est illud Virgilij. Eole nãcꝫ tibi diuũ pater atcꝫ hoim rex Pulcrius tamen incedit/si monosyllaba encletica fuerit: vt est illud Horatij. Scilicet vxorem cũ summa dote fidẽcꝫ. Et genus ꝛ formã regina pecunia donat.

Dactilici insurgunt connexi quincꝫ decore
Quattuor interdum spondei stantcꝫ venuste
Dactilus alternis spondeis itcꝫ decore.

¶ Insurgũt ꝛ fluũt canore quincꝫ continui dactili quale est illud Ennij. At tuba terribili sonitu ꝓcul ere canoro. Incedunt etiã cũ decoro quincꝫ spondei quattuor/si ipsa res exigat vt ẽ illud Virgilij. Occultũ inspires ignẽ/fallascꝫ veneno. Similiter decorũ est carmen cũ dactilici pedes alternis vel interiectis spondeis temperãtur: vt est illud Virgilij. Italiam fato profugus lauinacꝫ venit.

Cuũ precedentis: pendens sententia versus
Comma: colonue facit: versu conclusa sequenti
Laudatur carmen: quod fiet quando necesse
Est rem cõtinuas: vehemens vel suaue loquaris

¶ Laudabile est carmen quũ snia suspẽsa in sequenti ṽsu includit/cõma siue colon efficiens/multorũ carminũ inter se implicatio: quã cathenã appellãt plurimũ iocũditatis habet in loco: vt quũ opus sit vt rem cõtinuas/vel vehementia aut suauitate vtaris Id quod in carminibus proxime p̄cedentibus ꝑspicere satis est in promptu.

¶ De elegiaci carmine decoro.

Pentametrũ pulcrũ debet concludere censum
Precipue ornatum/quod vox bisyllaba claudit
Proximũ ẽ huic penta aut quod tetrasyllaba cõplet
Absurdum est quod vox tris/vel monosyllaba finit.

¶ Decorum pentametrũ elegiacũ sensum debet cõcludere et ornatissimum est quod in dissyllaba claudit: vt est illud Ouidij. Hãc tua penelope lento tibi mittit vlixes. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. Proximũ huic est qđ in pẽtasyllabã aut tetrasyllabam desinit: vt est illud Maronis. Vidi concretas per gramma fessa ruinas Pendere aut olerum stare cacuminibus. Similiter illud eiusdem Maronis Vidi pestano gaudere rosaria cultu Ex oriente nouo roscida lucifero. Absurdũ est illud penthametrum

quod vox trissillaba aut monosillaba ꝑficit/quale est illud. Communis pax hic dea si=
deris et dea floris precipit vnius muricis esse habitum. Similiter illud Eneas atanis
edite regibus es.

¶ Annotatio.

Litterule eiusdem/vocum similes quoqꝫ fines
Crebras vocales: versus vetat ipsa venustas

¶ Ut decoꝝ carminis seruemus: eiusdẽ littere/aut sillabe assiduitatẽ: crebras etiã vo
calium concursiones dissonantiã/⁊ sibilationẽ magis etiam qua in soluta oratione vi=
tabimus. Permittuntur tamen aliquã (licet rarius) apud poetas huiusmodi iuncture:
sed figurate ⁊ licenter vt est illud Ciceronis. O fortunatã natam me cõsule romam. ⁊
illud Ennij. O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. Et illud Ennij Merentes flentes
lachrimantes ac miserantes.

¶ Seruabimus etiã (vt inquit Sulpitius) in carminibus conterendis omnẽ cultum
cũ latinitatis integritate. verbis vtemur electis nũc suauibus nũc canoris vt res postu
lat. Carmẽ figuris aspergemus: facilitate affectibus aliquã cõcinnabimus. Fabulis histo
rijs ⁊ rerũ doctrina locupletabimus. duriciã ⁊ verboꝝ nouitatẽ vitabimus: ⁊ qȝ maxi
ma virtus orõnis est: vt Lactantius inquit aperte dicemus. Ambigue dicta et orna=
menta ambiciosa (vt monet flaccus) refugiemus a ꝑsonaꝝ ⁊ rerũ decoro nõ delibera=
bimus. Interdũ copiã: interdũ breuitatẽ: nũc pingue: nũc siccũ dicendi genus: nũc ma
turũ ⁊ graue: nũc ardens erectũ ⁊ ꝯcitũ amabimus. Carmẽ deducendũ leta intentaqꝫ
cura aggrediemur. Antea (si fieri poterit) vt lectiuncula. vel cõmemoratiõe similis car
minis excitati. In versu etiã faciendo/scabemus ꝑsepe caput rodemusqꝫ vngues: nõ
de industria: sed cũ distratione intenti: vñ inuento qȝ conabantur nobis quasi nõ sen=
tientibus pluteũ cedemus stilũ sepe vertemus singulaqꝫ diligenter examinabimus/
et an lectione sint digna senere censebimus. Amicorũ pleraqꝫ iudicio emendabimus.
paucis cõtenti lectoribus. ⁊ belle assentatoꝝ non admittemus. Luxurientia cõpesce=
mus. aspera leuigabimus. ⁊ carentia virtute tollemus. Libri editionẽ nõ precipitabi=
mus ne ⁊ ꝗ penitentia subsequaꝛ. sed diu vel nonũ in annũ castigabimus. Si qȝ antẽ
emissum fuerit: presertim in adolescentia. licet in iudiciũ cũ modestia reuocare ⁊ in suo
genere cõseruando corrigere fecere id multi. fecit ⁊ ipse Cicero. qui totos imitauit ar=
chademicos fecit ⁊ Marcialis iam grãdior ꝗ inquit/festinata prior decimi michi cura
libelli. Elapsum manibus nũc reuocabit opus. Nota leges quedã sed lima rasa recen
ti. pars noua maior erit lector vtriqꝫ faue. Ad qȝ etiã nos hortari videtur priscianus.
qui fateꝛ se quecũqꝫ in suis aduertit errata: quoad vixerit eme daturũ. Nã vt fabius
inquit supuacuus foret in studijs longior labor si nichil liceret melius inuenire prete=
ritis. In versibus etiã cõdendis lucilij ⁊ Crispini nimis cita ⁊ preceps extemporalitas
vitijs nõ vacat. Inquit eñ Horatius. Carmen reꝑhendite que nõ multa dies ⁊ multa
litura coercuit atqꝫ ꝑfectũ decies nõ castigauit ad vnguẽ. Laudabile erit carmẽ Euri
pidis maturitatẽ Maronis morã vrsino more ⁊ quintilij limã expertũ. Gloriãꝛ tñ ali
qui iuuatam sibi carminis facilitatẽ/quasi virgula (vt aiũt) diuina furore quodã diui=
no ꝯcitũ/vel a musis ipsis (tanqꝫ olim hesiodo fabulaꝛ) sine studio sibi donatũ. Sed au
diant eundẽ Horatiũ. Natura fieret laudabile carmen an arte Quesitum est ego nec
studiũ sine diuite vena. Nec rude quid ꝓsit video ingeniũ alterius/sed altera poscit
opẽ res: ⁊ cõiurat amice. Adiũgaꝛ ideo facili ⁊ extẽporali ingenio/matura diligentia.
Addo etiã doctrinã. Nã vt idẽ flaccus ait. Scribendi recte sapere est principiũ ⁊ fons
Multũ etiam cũ imitatione exercitatio conferet.

¶ Annotatio.

¶ Quãqꝫ et hec de carminis decoro diximus/nolim tñ ea a nobis sic dicta existimes:
vt hanc legẽ semꝑ ⁊ vbiqꝫ quasi affectatã ⁊ nimis rigidã obseruare sis astrictus. Ipse
eñ poetaꝝ princeps Maro/nedũ poeta alij crebro hãc legẽ (vt in suis est ꝑspicere mo
numentis) pretermiserũt. Nimirũ nã vt idẽ inquit Nõ oĩa possumus oẽs. Ille etiam
insignis apud grecos Homerus hec ⁊ hmõi obliuisti. fateꝛ flaccus. Quãqꝫ bonus dormi
tat Homerus. Permittuntur autẽ preter hanc legẽ multa poetica licentia: vt idem ait

Sunt delicta tñ quibus ignouisse velimus. Naꝫ neqꝫ corda sonũ reddit quẽ vult manus et mens. Nec semꝑ feriet quodcũqꝫ minabit̃ arcus. Quo magis tñ (vitato indecoro) propius decoro accedas: eo laudabilius erit carmẽ. minusqꝫ offendet. vt idẽ ait. Uerũ vbi plura nitent in carmine non ego paucis offendar maculis: quas aut incuria fudit. Aut humana paꝝ cauit natura. quid ergo vt scriptor si peccat idẽ librarius vsqꝫ quãuis est monitus: venia caret: et cytharedus ridetur corda q̃ semꝑ oberrat eadem. si latius de hac re cognoscere libeat horatium de arte poetica consulito.

¶ De licentia poetica.

¶ Carmina scribenti permittunt̃ nonnulla poetica licentia. sed hac in re aduertendũ est/ hmõi licentiã/ nõ vsqꝫ adeo ꝓtendi posse: quasi liberũ sit scriptori litterarie artis deserere precepta: ⁊ pro suo voto: vel verba transformare: vel viciose inter se iungere dictiones. Uerũ que in grãmaticis ⁊ oratorijs disciplinis a magnis auctoribus tradunt̃ ea negligere nõ decebit. Sũt enĩ cuius arti limittes prestituti: quos licẽter ꝑ auctoris iudicio preuaricari nephas est. Imitabimur ergo celebres poetas: ⁊ in quibus illi fere ad viciũ: cũ dignitate tñ sunt deflexim illa incidere (nisi carminis cõmoditate/ aut necessitate cogam) minus decet. Nam illud vnũ memoria tenere debemus: vnam quãqꝫ orationẽ aurium iudicio examinari debere/ hic ergo ꝑmissus: siue licentia poetica in lr̃is sillabis/ dictionibus: ⁊ orationibus inuenit̃. Nã ab his singulis fit a poetis contra precepta trãsgressio. In litteris quidẽ (vt superius in figuris diximus) Adiectione detractione/ immutatione/ transmutatione peccat̃. Addit̃ nãqꝫ in dictione littera que precedentẽ vocalẽ breuẽ facit longã: vt relliquias relligo. redduco. Uirgilius. Relliquias danaũ. Horatius in epodis. Deus hec fortasse benigna reducet in sedẽ vice. Detrahitur nõnunq̃ littera. Uirgil. Atqꝫ immitis achilli. S enĩ vitandi sibili causa detraxit Immutatur. vt olli pro illi. Cũqꝫ opus est longa sillaba. r. in s. mutatur. vt honos: labos. arbos. pro honor. labor. arbor. Transmutant̃ vt teucre: euandre: meleagre: ꝑ teucer/ euander/ meleager. Qḋ ideo fit. qḋ duplex in ijs noibus est terminatio nõiatiui dicimus. Euandrus teucrus. Uirgil. in septimo. Tum pater euandrus.

¶ De licentia innouandaꝝ sillabaꝝ.

¶ Idem quoqꝫ fit in sillabis. Nã dictioni vt cõmodius quadret versibus sillaba adiũgitur vt induperator ꝑ imꝑator. mauorcia pro marcia. vel subtrahitur vt accestis pro accessistis. Uirgil. Accestis scopulos. Aut mutat̃ vt caudicibus ꝑ codicibus. Uirgil. in geor. Caudicibus sectus. Cõnixa ꝑ enixa. Idẽ. Spem gregis ab silice in nuda connixa reliquit. Item euantes pro ouantis. Idem in. vi. Eneidos. Illa chorum simulans euantes orgia circum.

¶ De innouandis dictionibus.

¶ Dictiones quoqꝫ additionem seu interpositionem alterius dictionis recipiunt: vt septem subiecta trioni/ pro subiecta septentrioni. Immutationem siue innouationem vt miseresco ꝑ misereor/ horresco ꝑ horreo/ vel diminutionem: vt pusillus pro paruus Uel cõparationẽ vt senior ꝑ senex/ tristior pro tristis. Uirgilius. Tristior ⁊ lachrymis Uel deriuationẽ Uerg. Frondea tecta/ pro frondosa. Cõpositiõe vt belliger thurifer Que ⁊ si in oratione quoqꝫ soluta occurrũt/ in pedestri tñ licẽtius permittũtur. Sciendum est etiã in dictionibus grecis licere vti grõ/ vel suo vel latino quo ad metri cõmoditas exposcit. Uerg. in vi. eneidos. In foribus letum androgeũ/ ꝑ androgei. Transmutari etiã a poetis solent dictiones interdũ. Uerg. Maris ola circum.

¶ De oratione.

¶ Fit insuꝑ nonnunq̃ ad orationẽ supuacua dictionis adiectio/ ⁊ frequẽtibus cõiunctionibus cõpacta/ qḋ greci polysinthetõ appellant. Uerg. Athamasqꝫ/ thoasqꝫ/ pelidesqꝫ/ neoptolemusqꝫ/ primusqꝫ machaon. Idem alibi. Ore locuta est/ qḋ ꝑ pleonasmum. i. accumulationẽ dr̃. Detrahitur similiter aliqḋ orationi qḋ eclipsis vnius verbi defectus. Uergi. hec secũ me ne incepto desistere victam. in prima oratiõe deest. dixit in scḋa aũt decet. Aliqñ detrahit̃ dictio ꝑ aposiaposim siue vt Cicero per reticentiam

Idē alibi. Quos ego: sed prestat intelligi͛ puniꝫ. Subtrahunt͛ aliq̄ñ cōiunctiones per dyaliton. Idē. Ite forte citi date flāmā impellite remos. Trāsponit͛ aliq̄ñ oratio ꝑ hysteron ꝓteron: q̄ñ retrouerso ordine ꝓfert͛. Terētius. Symbolū dedit cenauit. Transponitur etiā oratio cū casibus vice versis res significatur vt trade rati ventos: vbi intelligitur. Trade ratos ventis.

De cōmutatione vocabuloꝝ per omnes partes orationis.

Animaduertunt͛ ꝑterea poete vocabulis abuti: ⁊ aliud ꝑ oēs ꝑtes orōnis vocabulū ꝓ alio ponere. In noīe quidē vt Iuuenalis bacchanalia viuūt. i. bacchanaliter hoc furiose ⁊ crapulose. Uirgilius in georgicis. Armētaq̄ pasces sole recēs orto: hoc est recenter. Idē in georgicis flos ap̄p̄ma tenax. hoc est apprime. In ijs oībus nomen ꝓ aduerbio ponit͛. Ponit͛ etiā ꝓꝓriū ꝓ appellatiuo. Uirg. Hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto dardan⁹. i. dardanius de enea cū loq̄tur q̄ a dardano rege troiano venit. Loco etiā ḡnis species ponit͛. Uirg. in georgicis de equabus amore feruentibus: illas ducit amor trans gargara transq̄ sonantē ascaniū. vbi gargara pro q̄buscq̄ mōtibus posuit. ⁊ Ascaniū pro q̄buscq̄ fluminibus. Inuētor etiā ꝓ re inuenta ponit͛. Uirg. Cererēq̄ canistris expediūt. Cerē q̄ est dea frugū ꝓ pane posuit. Itē equitē ꝓ equo. Idē in georgicis. Frena pelethronij laphite gyrosq̄ dedere. Impositi dorso atq̄ equitē docuere sub armis. Insultare solo. Equitē. i. equū. Numerus certus ꝓ incerto ponit͛. Idem. O ter quaterq̄ beati numerus singularis ꝓ plr̄i. Idem. pars in frustra secant. Casus ꝓ casu Uirg. Currucq̄ volans dat lora secūdo. Curru ꝓ currui fit etiā alteratio in verbis. Uirg. Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorē. sperare ꝓ timere posuit. Modus etiā pro modo ponitur. vt Itis paratis quā primū arma viri. i. ite ⁊ parate. Significatio pro significatione. Uirg. prora aduertit: pro aduertitur. Idē in georgicis. Longiq̄ vrgent ad littora fluctus. pro vrgent͛. Itē vna ꝑpositio ꝓ alia ponit͛. Terētius. Ecquid nos amas de fidicina hac. i. propter hanc fidicinā. hec ⁊ multa alia vsurpant poete.

De omni genere metroꝝ quo vsus est Horatius apud latinos īter poetas liricos facile princeps.

Metroꝝ vndeuiginti generibus vsus est Horatius libro carminū que ode inscribitur. de quibus oībus inferius dicemus.

Carmē Asclepiadiū Choriambicū.

Tetrametrū carmen chorianibū asclepiadis fit
Spondeo ⁊ binis choriambis pyrrhichioq̄
Uel sic conficitur spondeo dactiloq̄
Cum pentimemeri dehinc dactiliciscq̄ duobus
Acatalecticon ⁊ dicatur monocolon esse.

Primū genus est carmē monocolon choriābicū Asclepiadiū tetrametrū acatalecticon. ⁊ dr̄ monocolon. i. vniforme: q̄r nullo est cōiunctū. Dicit͛ etiā Asclepiadiū ab inuētore asclepiade poeta lirico. Et choriambicū a pede choriambo ꝑdomināte. Et tetrametrū q̄d quattuor pedes cōtinet. Et acatalecticon q̄d ꝑfecto fine claudit͛. Cōficit͛ aūt ex spondeo. duobus choriābis ⁊ pyrrhichio: ⁊ sic scādit͛. Mece/nas atauis/edite re/gibus. Et scd̄m diomedē sic cōficit͛. Spōdeo dactilo cesura ⁊ duobus dactilis ⁊ sic scandit͛. Mece/nas ata/uis/edite/regibus. Et hoc metro tris odas dūtaxat scripsit.

Mecenas athanis edite regibus
Exegi monumentum ere perennius
Donarem pateras grataqꝫ cōmodis.

¶ hoc metro scripsit prudentius illum hymnum de accensione ignis.

Hymni. Inuentoꝛ rutili dux boue luminis

¶ Secundum est dicolon tetrastrophon constans ex sapphico ꝛ Adonico.

¶ Dactilicum sapphicū penthametrum endecasillabum.

Sapphicū est carmen confectum dactilicum sic
Penthametrū: pꝛimo semper pede pone trocheum
Hinc spondeum: hinc dactilicū: binosqꝫ trocheos.

¶ Dactilicū adonicū dimetrum.

Dactilicon dimetrum sic carmen adonidis esto
Ex pede dactilico & spondeo siue trocheo

¶ Sapphicon penthametrum endecasillabum conficitur ex trocheo spondeo dactilo et duobus trocheis ꝛ sic scanditur. Jam sa/tis ter/ris niuis/atqꝫ/dire. huic coniunctū est adonicum constans ex dactilo ꝛ spondeo vel trocheo ꝛ sic scanditur. Terruit/vrbem. hoc metro tres ꝛ viginti odas scripsit.

Jam satis terris niuis atqꝫ dire
Marcuri facunde nepos atlantis
Quem virum aut heros lyꝛa vel acri
Vile potabis modicis sabinum
Integer vite scelerisqꝫ purus
Parcius iunctas quatiunt fenestras
O venus regina gnidiqꝫ paphiqꝫ
Poscimus si quid vacui sub vmbꝛa.
Persicos odi puer apparatus
Nullus argento coloꝛ est auaris
Ne sit ancille tibi amoꝛ pudoꝛi
Septimi gades aditure mecum
Illa si iuris tibi peierati
Rectius viues licini neqꝫ altum
Ocium diues rogat in patenti

Marcis celebs quid agam calendis
Marcuri nam te docilis magistro
Herculis ritu modo dictus o plebs
Fame nympharum fugientum amator
Non vides quantum moueas pericło
Montium custos nemorumq; virgo
Impios sparte retinentibus omen
Pindarum quisquis studet emulari.
Diue quam proles mebea magne
Est michi nouum superantis annum
Phebe siluarum quam potens diana

¶ Hoc metro etiam scripti sunt hymni quos frequentant ecclesiastici.

Nocte surgentes vigilemus omnes
Ecce iam noctis tenuiatur vmbra
Quod chorus vatum venerandus olim
Ut queant laxis resonare febris
O sator rerum reperator eui
Antra desert teneris sub annis
O nimis felix meritiq; celsi
Christe sanctorum decus angelorum
Uirginis proles opifexq; matris
Iste confessor domini sacratus.

¶ Illud notandum quod in secundo huius hymni versu dicendum est hoc die & non hodie: quia primum pedem oportet esse trocheū & omnes he predicte odes manifestāt O pater sancte mitis atq; pie.

¶ Ille hymnus pedes non seruat: qui hunc hymnum scripsit sillabas tantum seruare pedes vero minime curauit.

¶ Tertium est dicolon distrophon cōstans Choriambico gliconico & asclepiadeo. sic;

¶ Gliconicum Choriambicum.

Sic carmen trimetrum choriambū conde gliconis
Ex pede spondeo. choriambo. pyrrhichioq;
Uel pede spondeo: sic dactilicisq; duobus

¶ Gliconicū choriambū trimetrū cōstat spondeo choriambo & pyrrhichio sic scanditur. Sit te/dina po/tens cipri/vel secundū alios cōstat ex spondeo et duobus dactilis sic scanditur. Sic te/dina po/tens cipri. huic coniungitur Asclepiadiū choriambicum & dicit dicolon distrophon scripsit hoc metro odas duodecim.

Hymni.

Sic te diua potens cipri
Cum tu lypia telephi
Mater cena libidinum.
Et ture & fidelibus iuuat
Donec gratus eram tibi
Uxor pauperis ibici
Quantum distat ab inacho
Intactis opulentior
Festo quod potius die
Quod me bracchi rapis tui
Intermissa venus diu
Quem tu melpomene semel.

¶ Dactilicū archilochiū tetrametrū.

Dactilicū archilochi sic carmen tetrametrū fit
Quattuor herois pedibus: tribus atq trocheis
Et quartus debet semper pes dactilus esse
Bucolici in morem partem claudens rationis.

¶ Endecasillabū archilochium.

Ex binis iambis pentimemeri atq trocheis
Ternis: conficies endecasillabon apte
Sepius at primo pro iambo pone trocheum

¶ Dactilū archilochiū conficit ex quattuor pedibus heroicis (ita qd quartus semper sit dactilicus partē orōnis finiens more bucolici) & ex tribus vltimis trochaicis & sic scandit. Soluit/acris hy/emis gra/ta vice/veris/& fa/uoni. huic cōnectit endecasillabū archilochiū cōstans duobus iambis pentimemeri. & tribus trocheis: & sepius primo loco pro iambo ponit spondeus: & sic scanditur. Trahunt/que sic/cas/machi/ne ca/rinas/ scripsit hoc metro hanc oden solam.

Soluitur acris hyemps grata vice veris & fauoni.

¶ Quintū est tricolon tetrastrophon ↄstans ex primis duobus versibus coriambicis asclepiadeis: de quo metro superius est dictū. Tertius versus est pherecratius trimeter heroicus q cōficit ex spondeo dactilo & spondeo sic scandit. Grato/pyrrha sub/antro. Quartus versus est gliconicus de quo sup diximus. hoc metro septē odas scripsit.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Quauis referent in mare te noui
Dianam tenere dicite virgines

Uites humiles me similis chloe
O fons blandusie splendidior vitro
Audivere lice dii mea vita dii
Quis fles asterie quas tibi candidi

¶ Sextū est dicolon distrophon. tres enim primi versus sunt Asclepiadij Choriambici sive dactilici. Quartus gliconicus de quibus superius est dictum. scripsit hoc metro odas novem.

Scriberis vario fortis & hostium
Pastor cum traheret per freta navibus
Quis desiderio sit pudor aut modus
Albi ne doleas plus nimio memor
Nolis longa fere bella numantie
Extremum tanaim si biberes lice
Inclusam donaen turris et cura
Divis arte bonis optime romule
Jam veris comites que mare temperent

¶ Hic duobus metris viz Asclepiadeo choriābico & Gliconico scripsit divus Ambrosius de sanctis martyribus illum hymnum.

Sanctorum meritis inclita gaudia — Hymni.

¶ Est etiam alius hymnus de eukaristia.

Sacris solenniis iuncta sunt gaudia

¶ Qui tū hūc scripsit pedū mēsurā & metrū naturā nō curās sillabarū tm̄ nūerū fuauit.
¶ Est etiam alius hymnus de assumptione dive virginis marie.

O quam glorifica luce choruscas.

¶ Videretur hic hymnus Asclepiadio carmine cōtextus sed contra illius metri naturam in postremo pede ponitur spōdeus vel trocheus pro dactilo: qui hūc scripsit/nullum ducē secutus/visus est monocolo tetrastropho hoc quattuor versibus eiusdē metri inde post quartum replicatione facta.
¶ Quartum est dicolon distrophon Constans dactilico archilochio tetrametro & endecasillabo archilochio.

¶ Dactilicū phaliscū tetrametrū.

Dactilicū tu tetrametrū sic conde phaliscum
Quattuor herois spondeis: dactilicisve
Sive alternis: sed ternus pes sepius esto
Dactilicus: quartus spondeus fit quoq; semper

¶ Septimū est dicolon distrophon. Primus enī versus est heroicus archilochius de quo superius est dictū. Secūdus phaliscus dactilicus tetrameter achatalecticus. cōstans ex quattuor pedibus heroicis vel dactilicis vel spondaicis ultimus tm̄ semꝑ spondeus erit. Ternus sepius dactilus sic scanditur.

Lauda/bunt ali/j cla/ram rhodon/aut myti/lenen.
Aut ephe/sum bima/ris de co/rinthi.

¶Scribit hoc metro quattuor odas.

Laudabunt alij claram rhodon aut mytilenen.
Albus vt obscuro detergit nubila celo.
Te matris et terre numeroqꝫ carentis harene
Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis

¶Choriābicū aristophanū monometrū.

Carmen aristophanis choriambum cōditur apte
Ex pedibus binis ꝙ erit primus choriambus
Bacchius(arbitrio) fiet amphibrachus ve secundus

¶Choriambicū alcaicū trimetrū.

Alcei trimetrum choriambium condere carmen
Sic debes: primo tu pone secundum epitritum
Hinc binos choriambos: bacchius vltimus esto
Amphibrachum ve loces illius sub vice sepe.

¶Octauū est dicolō distrophon. pmus vsus ē choriābicus aristophanis cōstās choriābo ꝛ amphibrachio siue bacchio ꝛ sic scādit. Lydia dic/p oēs. Sequēs est choriābicus alcaicus trimeter cōstās epitrito scdo. duobus choriābis et amphibracho siue bacchio sic scādit. Te deos o/ro sibarim/cur pperas/amādo hoc metro hāc oden solā scripsit.

Lydia dic per omnes
Te deos oro sibarim cur properas amando

¶Dactilicū alcaicum trimetrū.

Alcaicum trimetrum carmen sic dactilicum fit
Ex binis iambis: vel sic spondeo et iambo
Huic pentimemeri post dactilicisqꝫ duobus

¶Iambicum archilochium trimetrum hypercatalecticon.

Archilochi iambum fit hypercatalecticon apte
Sic dimetrum: primo pede spondeum vel iambum
Ponas spondeum terno: iambumqꝫ secundo
Et semper quartus sit iambus pyrrhichius ve
Postremo semper ponatur sillaba abundans

¶ Dactilicū pindaricū tetrametrū.

Pindaricum tu dactilicū fac tetrametrum sic
Dactilicis binis necnon binisqȝ trocheis

¶ Nonū ē tricolon tetrastrophō ꝑmi duo v̄sus sūt dactilici alcaici trimetri catalectici. Cōstāt aūt duob⁹ iābis: vel spōdeo ⁊ iābo cesura. duobusqȝ dactilis. Tertius est archilochius dimeter hypcatalecticus ꝯstās ex primo pede iābo vel spondeo scdo iābo tertio spōdeo: quarto iābo vel pyrrhichio. deinde sillaba abūdans. Quartus est pindaricus dactilicus tetrameter cōstans duobus dactilis ⁊ duobus spondeis ⁊ sic scandit.

Uides / vt al / ta / stet niue / candidum
Sora / cte nec / iam / sustine / aut onus
Silue / labo / rantes / gelu / que /
Flumina / constite / rint a / cuto

¶ Scripsit hoc metro triginta nouem odas.

Uides vt alta stet niue candidum
O matre pulcra filie pulcrioꝛ
Uelox amenum sepe lucretilem
Musis amicus tristiciam ⁊ metus
Natis in vsum leticie styphis
Icti beatis non arthum inuides
Quid dedicatum poscit apollinem
Parcu deoꝛum cultoꝛ ⁊ infrequens
O diua gratum que regis ancium
Nunc est bibendum nunc pede liberto
Motum ex metello consule cinicum
Equam memento rebus in arduis
Nudum subacta ferre iugum valet
O sepe mecum tempus in vltimum
Non semper imbꝛes nubibus hispidos
Quid bellicosus cancabar ⁊ scytes
Ille ⁊ ne fastote posuit die
Heu heu fugaces posthume posthume
Iam pauca aratro iugera regie
Cur me querelis exanimas tuis
Bacchum in remotis carmina rupibus

Non vsitata nec tenui ferar
Odi prophanum vulgus & arceo
Angustam amice pauperiem pati
Descende celo et dic age tibia
Iustum & tenatem propositi virum
Celo tonantem credimus iouem
Delicto maiorum inmeritos lues.
Eli vetusto nobilis ab lamo
O nata mecum consule maulio.
Celo supinas si tuleris manus
Uix est puellis nuper idoneus
Tirrhena regum progenies.
Qualem ministrum fulminis alitem
Ne forte credas interituraque
Que cura patrum queue quiritium
Phebus volantem prelia me loqui

Alcaicū choriambicū pentametrū.

Penthametrum alcei choriambum conficies sic
Spondeo atque tribus choriambis pyrrhichioque

Decimū est monocolon Choriambicū alcaicū penthametrū constans ex spondeo tribus choriambis & pyrrhichio. hoc metro tris odas scripsit. sic scanditur.

Tu ne/quesieris/scire nephas/quē michi quē/tibi
Nullam/varre sacra/vite prius/severis ar/borem
O cru/delis adhuc/& veneris/muneribus potens:

Iambicū trimetrū archilochiū.

Archilochi iambicū dimetrū primo amphimacro fit
Et binis iambis vel spondeus sit vternis

Iābicū trimetrū hypponactiū catalecticō.

Hypponacteū dimetrū catalecticon esto
Iambū: ex quinis iambis. quis sillaba abundans
Additur; imparibusque locis spondeusque aliquando

¶ Undecimũ est dicolon distrophon. primus v̄sus est Iambicus archilochius dimeter acatalecticus ꝯstat em̄ amphimacro / ⁊ duobus iābis siue alterno spōdeo. Sequēs versus est iambicus termeter hipponactius catalecticus. Cōstat aūt quinqꝫ iambis: ⁊ sillaba superante hoc metro solā vnā oden scripsit q̄ sic scanditur.

Non ebur / neqꝫ au / reum
Mea / rem / det in / domo / lacu / nar.

¶ Sapphicũ alcaicũ trimetrũ ionicũ.

Sapphicũ alcaicũ trimetrũ ionicũqꝫ a minori
Conficitur solis tribus a ionicisqꝫ minori

¶ Duodecimũ est monocolon carmen ionicũ sapphicon a minori trimetrũ acatalecticũ. Cōstans tribus ionicis a minori hoc metro solā vnā oden scripsit q̄ sic scandit.

Miseratũ est / ne amori / dare ludum.

¶ Dactilicũ archilochiũ dimetrũ.

Dactilicum dimetrũ catalecticon archilochi fit
Dactilicis binis post quos sit sillaba abundans.

¶ Tertiũdecimũ est dicolon distrophon. primus v̄sus est heroicus hexameter de quo supradiximus. Scḋs est dactilicus archilochius dimeter catalecticus. Cōstans duob᷑ dactilis ⁊ sillaba superanti: hoc metro scripsit solā vnā oden q̄ sic scanditur.

Diffu / gere ni / ues rede / unt iā / gramina campis
Arbori / busqꝫ co / me

¶ Iambicum hipponactiũ trimetrum achatalecticon.

Hypponacteũ iambũ trimetrũ achatalecticon illud
Precipue ornatum senis quod constat iambis
Sedibus imparibus recipit spondeũ aliquando

Iābicũ archilochiũ dimetꝝ acatalecticō.

Archilochi iambũ dimetrum acatalecticon illud
Quattuor ex iambis constans apprima venustum
Sedibus imparibus recipit spondeum aliquando

¶ Quartũdecimũ est dicolon distrophon: primus v̄sus est iābicus hypponactius trimeter acatalecticus p̄cipue ornatus est q̄ sex iābis cōstat: sic scādit. Bea / tus il / le q̄ / procul / negocijs. Admittit tn̄ q̄nqꝫ spondeũ in locis imparibus vt in illo. Lupis et a / gnis quan / ta sor / tito ob / tigit. Sequēs est iābicus archilochius dimeter acatalecticus constans: quattuor iābis ⁊ ille apprime venustus qualis est hic sequēs. Magis / ve rhom / bus aut / stari. Recipit tn̄ in locis imparibus spondeũ vt in illo. Malue / salu / bres cor / pori. his duobus iambicis scripsit odas decem.

Ibis liburnis inter alta nauium
Beatus ille qui procul negocijs

Parentis olim si quis impia manu
Lupis et agnis quanta sortito obtigit
At o deorum quidquid in celo regit.
Quid immerentes hospites vexas canis
Quoquo celesti ruitis aut cur dexteris
Rogare longam pudicam te seculo
Quando repostum cecubum ad festas dapes
Mala soluta nauis exit alite.

¶ Iambici metri duo genera. alterum de quo diximus supra quo vsi sunt recentiores alterũ apud vetustissimos comicos tragicos in vsu fuit qđ testatur horatius hunc socci sumpsere pedẽ grandesq cothurni / primusq hoc carmine scribere cepit archilochus de quo idẽ archilochũ proprio rabies armauit iambo. huic archilocho licambes ciuis lacedemonius neobolen filiã desponsauit: qua postea negata / indignatus archilochus in patrẽ et filiã iambicis carminibus ita mordaciter inuectus est. vt pater impatiens contumeliarũ morte iambos illius vitare studuit. Nam ad laqueum confugit seipsum suspendit vnde Ouidius in ibin. Tincta licãbeo sanguine tela feram. Erat aũt archilochus poeta parius. Iambicum carmen est maledicũ. a iambizin qđ est maledicere vt scribit diomedes. Alij a iapto grece qđ est noceo. Alij a iambizo qđ apud antiquos dicebatur cõtumeliosi vitupero violo. Inde iambographus q̃ iambicis carminibus scribit apud grecos precipui huius carminis scriptores fuerunt Archilochus ꝛ hipponax apud romanos aũt Lucilius ꝛ Catullus. Scribit priscianus veteres comicos ac tragicos latinos in iambico olim in locis indifferẽter posuisse quinq pedes. videlz iambũ tribrachũ anapestum dactilum ꝛ spondeum: sed vltimo loco iambũ vel pyrrhichium solum de quo latius paulo inferius dicemus.

¶ Iambico archilochio dimetro (de quo superius diximus) scribuntur etiã quos sancta canit ecclesia sexaginta decẽ hymni. In locis imparibus immiscetur quoq pyrrhichius ꝛ trocheus cõtra illius metri legem. Et sunt monocoli tetrastrophi: q post quartum quemq versum fit replicatio eiusdem metri ꝛ sunt isti qui sic scanduntur.

O lux/bea/ta tri/nitas.
Conditor alme siderum
Adesto sancta trinitas.
Eterne rerum conditor
Magne deus potentie
Summe deus clementie.
Telluris ingens conditor
Tu trinitatis vnitas
Celi deus sanctissime
Deus creator omnium
Lucis creator optime
O satis rerum conditor
Iesu/quadra/gena/rie.
Iesu saluator seculi
Iesu nostra redemptio
Iam xp̃s astra ascenderat
Iesu saluator seculi
Iesu redemptor omnium
Iesu corona virginum
Nũc sancte nobis spiritus
Ueni creator spiritus
O gloriosa femina
Quẽ terra ponthus ethera
Eterne rex altissime

Rector potens verax deus
Rerum deus tenax vigor
Audi benigne conditor
Summe largitor premij
Christe redemptor omniũ
Consors paterni luminis
A patre vnigenitus
A solis ortus cardine
Saluator mundi domine.
Te lucis ante terminum.
Splendor paterne glorie.
Plasmator hominis deus
Primo dierum omnium
Rerum creator optime
Ecce tempus idoneum
Tu christe nostrũ gaudiũ.
Ueni redemptor gentium
Uerbũ supnũ pdiẽs:a pře
Uox clara ecce intonat
Uexilla regis prodeunt
Martir dei qui vnicum
Deus tuorum militum
Rex gloriose martyrum
Xpe qui lux es & dies
Ex more docti mistico
Ad cenam agni prouidi
Aurora lucis rutilat
Sermone blando angelis
Jam lucis orto sidere
Somno refectis artubus.
Ales diei nuncius
Clarum decus ieiunij
Jmpleta gaudent viscera
Exultent celũ laudibus.
Uerbũ supernũ prodiens
Jesu dulcis memoria
Jesu amator clementie
Exultet cor precordijs
Jn anne puerperio
Nox et tenebre et nebula
Lux ecce surgit aurea
Eterna celi gloria
Chorus noue hierusalem.
Tu xpe nostrum gaudiũ
O nata lux de lumine
Celestis formam glorie.

¶ Sũt enĩ aliq̃ hymni: qui iambico hypponactio trimetro acatalectico monocolo decurrere videntur: sed contra illius metri naturam recipiũt locis imparibus aliqñ trocheũ in paribus aũt spondeũ vel pyrrhichiũ aliqñ trocheũ: sed q̃ hos scripserũt sillabarum numero seruato pedũ legẽ non curabant: sic scanduntur.

Annu/e chris/te se/culo/rum do/mine
Aure/a lu/ce et/deco/re ro/seo.

¶ Trochaicum dimetrum alcinauium acatalecticon.

Trocchaicũ dimetrũ acatalecticon alcinaueum
Quattuor ex puris debet constare trocheis

¶ Alij preterea sunt hymni q̄ trochaico dimetro alcmanico acatalectico incedere videntur. sed q̄ eos edidit huius metri naturā neutiq̄ obseruauit. immiscet enī in oībus locis iā spondeū iambū q̄ pyrrhichiū. ꝛ synalepham ꝛ ecclipsim nō admittit. Trochaicum alcmaniū dimetrū acatalecticū cōstat ex quattuoꝛ trocheis ꝛ sic scandit. Quod videsse/vere/celso. hoc metro videt̄ hi conscripti de beata anna.

Jn an/ne pu/erpe/rio.
Felix/anna/pꝛe a/lijs.

Trochaicū dimetꝝ catalecticō euripideū

Trochaicum dimetrum catalecticon euripideum
Semipede adiuncto. de ternis esto trocheis

¶ Trochaicū dimetrū catalecticū euripidiū cōstat ex tribus trocheis ꝛ semipede hoc est sillaba superante.

¶ Trochaico alcmanico (de quo diximus) ꝛ hoc trochaico euripidio hymni sequentes vident̄ incedere: sed qui eos scripserūt (vt in alijs hymnis) nō pedū mensurā: sed sillabarū numerū (vt sepius diximus) obseruant. Confundūt enī alios pedes indifferenter nunc iambū nunc spondeū nunc pyrrhichiū. sic scanduntur.

Pange/lingua/gloꝛi/osi
Pꝛeli/um cer/tami/nis

¶ Et dicunt̄ dicoli distrophi versus: q: post scdm quenq̄ versum fit replicatio primus versus acatalecticus q̄ pfecto fine claudit̄. Scds est catalecticus q̄ in fine deest sillaba que perficeret carmen hoc modo incedunt sequentes.

Pange lingua gloꝛiosi
Coꝛpoꝛis misterium
O maria noli flere
Collaudemus magdalene
Estimauit hoꝛtulanum
Urbs beata hierusalem
Tibi chꝛiste splendoꝛ patris
Sancte dei pꝛeciose
Chꝛisti miles gloꝛiosus
Festum matris gloꝛiosi.
Mundi salus affutura
Lustra sex qui iam peracta
Crux fidelis inter omnes

Jābicū dimetrū anacreontiū catalecticon

Jambum fit dimetrum catalecticon annacreontis
Ex ternis iambis. post quos sit sillaba iuncta

¶ Iambicũ dimetrũ catalecticon anacreontiũ cõstat ex tribus iambis & sillaba sic scã dit. Preceps/amo/re se/no. hoc metro & trochaico dimetro alcmanio acatalectico in cedere videt ille hymnus. Cultor dei memẽto. & dr dicolos tetrastrophos: qr duo pmi versus sunt anacreontiĩ iãbici: & duo posteriores trochaici alcmanij. sed in scda replicatione solo iambico anacreontio p quattuor versus vtit. In replicatiõibus sequẽtibus (nullo ordine seruato) hec metra inuicẽ confundit hoc modo scanditur.

Cultor/dei/memen/to
Te fon/tis et/laua/cri
Rorem/subi/isse/sanctum
Te cris/mate/innouo/natum

¶ Trochaicũ dimetrũ ithiphalicum bracchicatalecticon.

Trochaicũ dimetrũ bracchicatalecticon apte
Fertur ithiphalicũ ternis constare trocheis.

¶ Trochaicũ dimetrũ ithephalicũ bracchicatalecticon dr illud qd ɔstat ex tribus trocheis vt bacche/linge/tigres. hoc metro hymni sequentes sunt scripti q sic scandunt.

Aue/maris/stella.
Aue/mater/anna.

¶ Et sunt monocoli tetrastrophi. qr post quartũ queq versũ fit replicatio hec de hymnis collegimus. ¶ De odis quas sequentias appellant. qm pauce ac potius nulle debitã metri mensurã cõplectunt. de iis aliquid precipere omittimus.

¶ Iambicũ sapphicũ acatalecticon.

Sapphicon est dimetrũ iambũ acatalecticon apte
Heroa pentimemeri: iambisq quaternis

¶ Quintumdecimũ est dicolon distrophon primus versus est hipponactius trimeter acatalecticus de quo pauloante diximus hoc modo. Pecti/nichil/me si/cut an/tea/iuuat. Secundus est sapphicus iambicus dimeter acatalecticus cõstans heroica pentimemeri. & quattuor iambis hoc modo. scribere/versicu/los amo/re per/cussum/graui hoc metro hanc oden dumtaxat scripsit.

Pecti nichil me sicut antea iuuat

¶ Iambicũ archilogiũ heroicũ.

Heroum iambũ sic archilochi dimetrum fit
Quattuor ex iambis. hinc dactilicisq duobus
(Heroa vt pentimemeris) dehinc sillaba detur.

¶ Sextũdecimũ est dicolon distrophon. pmus vsus ẽ heroic⁹. hoc mõ horrida/tẽpestas ce/lũ cõ/traxit &/ignes. Sequẽs est archilochius iãbicus heroicus ɔstãs dimetro iãbo duobus dactilis cũ syllaba superante vt pentimemeri heroica. hoc mõ scandit. Niues/q de ducũt/iouẽ/nũc mare/nũc silue. Ubi diligẽter attẽdas vltimũ dactilũ nũc silue apprime licenter esse positũ. Nã silue trisillabũ fecit Horatius. Qd priscianus et post eũ Tortellius affirmat. scripsit hoc metro vnã oden.

Horrida tempestas celum contraxit & ignes

¶ Septimūdecimū est dicolon distrophon primus versus est heroicus hoc mō. Mollis in/ertia/cū tan/tā dif/fuderit/imis. Scd's iābicus archilochius dimeter acatalecticus de quo supradictū est hoc modo scandit. Obli/uio/nem/sen/sibus. scribit hoc metro duas odas.

Mollis inertia cum tantum deffuderit imis

Nox erat & celo fulgebat luna sereno.

¶ Duodeuigesimū est dicolon distrophon pmus versus est heroicū hoc modo: altera iam bel/lis/teri/turci/viribus/etas. Alter iābicus hypponactius trimetrus acatalecticus de quo supra dictū est hoc mō scandit. Suis/et ip/sa ro/ma vi/ribus ruit. scripsit hoc metro vnam dumtaxat oden.

Altera iam bellis teriturci viribus etas

Unde vigesimū ē monocolon. Cōstās iābico hypponactio trimetro acatalectico: dēq dipthm⁹: hoc mō scādit. Iā ief/fica/ci do/man⁹/scie/tie. hoc metro hāc solā odē scripsit.

Iam iam efficaci do manus scientie.

¶ Habes iam candide lector: de omni genere metrorum quo vsus est horatius flaccus.

¶ De comedia & tragedia.

¶ Comedia (vt inqt diomedes) est priuate ciuilisqz fortune sine periculo vite cōprehēsio. dicto apo tou comen. Come enim greco appellant pagi. i. conuenticula rusticorum. Ita iuuentus (vt ait varro) attica circa vicos ire solita est. Et questus sui causa hoc genus carminis pnūciabat. Nā postq̄ athenas ex agris commigratū est: & hi ludi constituti sunt sicut rome compitalicij ad canendū pdibāt: & ab vrbana come: & oda comedia dicta est.

¶ De poetis comicis.

¶ Poete pmi comici fuerūt. Sussarion Rullus: & magnes. hi veteris discipline iocularia/quedā minus scite & venuste pnunciabant. Scd'a etate fuerunt Aristophanes: Eupolis. & Cratinus: q̄ & pncipiū vicia sectati acerbissimas comedias cōposuerūt. Tercia etas fuit menandri perynthie & philomonis: q̄ oēm acerbitatē comedie mitigarūt atqz multiplicia argumenta grecis erroribus secuti sunt. Ab his romani fabulas transtulerūt. Et cōstat apud illos primo latino sermone comediā liuiū andronicū scripsisse huic plautū & Terentiū sub secutos Tragedia (vt idē ait) est heroice fortune in aduersis cōprehensio. Tragedia vt quidā volunt dr a tragos q̄ est hircus & ode. i. cantus qm̄ olim autorib⁹ tragicis: tragos. i. hircus pmiū cantus pponebat q̄ liberalibus die festo libero patri ob hoc ipm imolabat qr vt varro hirci depascūt vites. vnde horatius in arte poetica Carmine q̄ tragico vilem certauit ob hircū. Mox etiā agrestes nudauit. Alij putant a fece: quā grecorum quidā trigon appellant: tragediā notatā per mutationē litterarū i videlicet in a. qm̄ olim nōdū psonis a thespide aut thespi repertis tales fabulas pmitti ora: fecibus agitabāt vt rursū horatius testat. Ignotū tragice genus inuenisse camene dicit & plaustris vexisse poemata thespis. Que canerēt agerētqz pūcti fecibus ora.

¶ De comedie & tragedie differentia.

¶ Comedia & tragedia differūt: qm̄ in tragedia intro ducunt duces heroes reges in comedia humiles atqz pūate psone. In illa luctus: exilia: cedes. In hoc amores virginū raptus. Deinde q̄d illa frequēter & pene semp dant reb⁹ letis exitus tristes & liberorum fortunarūqz priorum in peius admissio. tristicia nāqz tragedie ppriū est. Ideo euripides petēte archilao rege vt de se tragediā scriberet Abnuit & pcatus est ne accideret archilao aliqd tragedie ppriū ostēdēs nihil aliud esse tragediā q̄ miseriarum cōprehensionē.

De metris q̄b⁹ comici & tragici scripserūt.

¶Metro iambo scripserūt tā comici q̄ tragici vt testat̄ priscianus in opere suo de co
micis versibus. Cum nō solū Terentius. sed plautus enī Ennius Acciusq̄ ⁊ Nevius:
paccuuius turpiliusq̄ ⁊ omnes tā tragedie q̄ comedie latine veteris scriptores: eodē
etiam mō iambici sunt vsi: vt in oībus locis indifferenter ponerent quinq̄ pedes id est
iambū anapestū dactilū spondeum. absq̄ postremo loco vel iambum vel pyrrhichiū
omnino posuisse inueniuntur. Mirer quosdam abnegare in terentij cōmedijs metra:
vel ea quasi archana quedam. et ab oīb9 doctis semota sibi solis esse cognita affir
mare. Quod vt vel imperície vel irrogantie vicium effugiamus: breuiter de supradi=
ctis metris autorū testimoniū et vetustissimorum afferamus. Sciendum est igitur q̄d
iambici versus vel monometri sunt ex duobus pedibus simplicibus coniuncti vel di=
metri ex quattuor pedibus. vel trimetri ex sex. vel tetrametri ex octo. Nam pentame=
tri ex decem. vel hexametri ex duodecim rarissime inueniuntur. Ergo trimetris et te=
trametris frequentius vtuntur comici. Alijs vero raro. ⁊ in medio dispersis pnuncia=
tionis rythmice causa/⁊ distinctionis ideo autem spondeū vel dactilum: in secundo lo
co vel quarto posuerunt quod inuenerunt etiam apud grecos vetustissimos. Quis ta=
men raro fieri hoc idē s: q̄d rarissime necessitate carminis vim consonantis amittit
apud comicos hec aūt frequentia dactili ⁊ spōdei facit vt pene dissoluta p̄ pedestri si=
milia esse videant̄ psonarum sermocinatio. hec priscianus.
¶Iambici metri (vt inq̄t Sipontinus) duo sunt gnā. alterū apud vetustissimos comi=
cos tragicosq̄ in vsu fuit. Q̄d testat̄ horatius. Hunc socci sumpsere pedē grandesq̄ co
thurni. Primusq̄ hoc carmine scribere cepit Archilochus de quo idē archilochū p̄p̄o
rabies armauit iambo altero autem minores vsi sunt.
¶Vetus iambicum comicum ac tragicum dicitur: hoc autem p̄prie purum trimetrū
appellatur suscipitq̄ tres pedes inuicem mutatos iambum pyrrhichiū ⁊ spondeū nec
nisi raro apud veteres in vsu fuit atq̄ vetus iambicū in sedibus imparibus hoc est pri
ma tertia et quinta/quinq̄ pedes scripsit dactilū spondeū chorū siue trocheū anape=
stum ⁊ a quo nominat̄ iambū. In sedibus paribus hoc est secunda ⁊ quarta anapestū
chorū ⁊ iambū. sexta sedes ⁊ si varie vsurpetur: proprie tamen iambū vel pyrrhichiū
requirit. Nouum autē in primo tertio quinto pede iambicū aut spondeū recipit in se=
cundo quarto iambū in sexto iambū vel pyrrhichiū. Illud diligēter animaduertendū
est metrū ab eo pedē ex quo precipue ↄstat vocari: neq̄ tn̄ eo solo ↄfici sed alios pedes
suscipere. Optimū tn̄ esse iambū quod vno pedum genere hoc est iambo a quo nomi=
natur constat.

¶De scansione metrorum comicorum.

¶Cū comici ⁊ tragici nūc monometro iābico: nūc dimetro: nūc trimetro: aut tetrame
tro vtuntur. restat vt de eorum scansione aliq̄d dicamus. Et primo de trimetro iambico
hypponactio: quo primū vsus est Terentius comicus in prologo andrie sic.

¶De trimetro iambico hypponactio.

¶Poe. iambus. ta cū. iambus. primaui. dactilus. mad scri. spōdeus. bendap. spōdeus
plicit pyrrhichius. In hoc iambico trimetro multe fiunt elisiones. per synalepham. et
eclipsim sicut ⁊ alibi quare in comicis scandendis oportet hoc precipue annotare: di=
ligens lector.

¶De iambico trimetro hyppo=
nactio ⁊ dimetro archilochio.

¶Vos i/spondeus/stec in/iambus/traffer/spondeus/tabi/iambus/te/so/ pyrrhichi=
us/sta/iambus. Ades/iambus/dum pau/spondeus/cis te/spondeus/volo/ iambus/
vel pyrrhichius.

¶ De monometro iambico.

¶ Imma/trocheus/liud/iambus. hoc aduertendū qđ comici trocheū loco iambi se-
pius admittunt vt diximus.

¶ De tetrametro.

¶ Quid est/iambus/quod ti/chorius bi me/pyrrhichius/ars es/spōdeus/sice/pyrrhi-
chius/r hoc pos/spondeus/sit am/iambus plus pyrrhichius.

¶ Illud annotandū comicos non idem metrum continue seruare: sed nunc monome-
trum aut dimetrum: nunc vero trimetrum aut tetrametrum secundum varios sermo-
nis affectus.

¶ Finis.

**¶ Explicit Whyttintoni editio: nuper im-
pressa Londoñ. per Wynandū de Worde in
vico vulgariter nūcupato (the Fletestre-
te) ad signū solis cōmorantem. Anno post
ṽgineū partū .xiij. supra sesquimillesimū.
duodecimo die mensis Augustij.**